Early Greek Palaeography

in [illegible] copy

of 72 leaves p. 66

FRP

SSAT

EPITOME
GRAECAE PALAEOGRAPHIAE
ET
De recta Græci Sermonis Pronunciatione
DISSERTATIO

AVCTORE R. P.
D. GREGORIO PLACENTINIO
Hieromonacho Cryptoferratensi Ordinis
S. BASILII MAGNI.



ROMAE.
TYPIS JO: MARIÆ SALVIONI.
M. D.CC. XXXV.

Superiorum permissu.

Οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι. Διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ὑπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. Σὺ οὖν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τοὺς τύπους ἀκολούθως κατάστιζε· ἐν γὰρ μικρᾷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος· τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ τοῦ γράφοντος κατορθοῦται τὸ λεγόμενον· Βασίλ. Νοτ. ἐπισ. ροή.

„ Sermones naturam habent volucrem. Quapropter lit-
„ terarum notis utuntur homines, ut ſermonum avolantium
„ velocitatem, qui ſcribit, præhendat. Tu igitur, Puer,
„ notas litterarum perfectas ducito, formaſque recto ordine
„ collocato: Modicus namque error ſcribentis, plurimùm de
„ ſermone deterit; diligentiâ verò ſcribentis, quod dictum eſt,
„ integrè perficitur, & abſolvitur. *S. Baſil. ad Notar. Epiſt. CLXXVIII.*

Excellentissimo Domino

D. CAROLO ALBANO

G. PLACENTINIUS S.P.D.



I quod erat tempus optandum maximè, in quo studium erga Te meum publico aliquo documento testari possem;


ſem ; hoc fuit profectò , Nobiliſſime Puer . Quum enim ab ipſa prima ætate, teneriſque annis, Græcæ Linguæ operam, Præceptore P. D. Philippo Vitali ex Familia noſtra Cryptoferratenſi , navare inſtitueris ; gratius nihil Tibi me facere poſſe existimavi , quàm ſi ſtatim juvandis Literis Tuis, brevi hoc Commentariolo Græcæ ſcriptionis Ortum , Progreſſumque comprehenderem . Quarè Tibi debetur , ſi aliquod ego adjumentum ſtudioſis etiam cæteris attulerim Adoleſcentibus , quibus brevi planoque ſtylo eam hâc Opellâ parare ſtudui eruditionem , quam plerique aut nunquam , aut ſerò certè , ab aliis ſparſim apprehenderent

rent Scriptoribus. Quò etiam magis Te oro, ut Libellum hunc Tuum veriùs, quàm meum, semel atque iterùm patienter legere ne dedigneris. Erit fortasse, ut Obsequii erga Te mei fructum me uberrimum tulisse gaudeam, si ea modò lectio fuerit Pueritiæ Tuæ ad Græcas literas in dies magis excolendas incitamento: licèt ad id egregiam Tuam indolem excitent satiùs doctissimus ille Avi tui germanus Frater CLEMENS XI. *Catholici Terrarum Orbis Summus, & immortalis memoriæ Antistes, & duo Patrui Tui Eminentissimi*, Hannibal, *inquam*, & Alexander, *qui magna cum laude & ipsi ab infantia cum Græcis Latina con-*

conjunxerunt; Nec minùs etiam Magnus Tuus Avunculus FRANCISCUS *Cardinalis* BARBERINUS, *literarum, ac literatorum de more Gentis Columen, ac Tutela. Horum Tu si domestica vestigia, atque illustria secteris exempla, verendum minimè est, quin & easdem olim, quas illi, Dignitates amplissimas assequare. Hæc autem dum procul juvat ex animo Tibi augurari, obsequentissimæ hoc voluntatis erga Te meæ Testimonium eâ, quâ soles, Princeps optime, humanitate boniconsule. In Tusculano. Idibus Sextilibus. MDCCXXXIV.*

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Mag. Sac. Pal. Apost.
N. Episcopus Bojanen. Vicesger.



FACULTAS REVERENDISSIMI ABBATIS GENERALIS.

Nos D. Epiphanius Stavischi Abbas Perpetuus S. Nicandri, Regius Consiliarius, ac totius Ordinis S. Basilii Magni Abbas Generalis.

CUm Opus, quod inscribitur Gregorii Placentini Hieromonachi Cryptoferratensis Ordinis S. Basilii Magni *Epitome Græcæ Palæographiæ, & de recta Græci Sermonis Pronunciatione Dissertatio*, Patres nostri Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; ut typis mandetur facultatem concedimus, si iis, ad quos pertinet, videbitur. Datum in Ven. Abbatia S. Philareti Seminariæ VIII. Kal. Septembr. MDCCXXXIV.

Epiphanius Abbas Generalis.

D. Nicolaus Oliverius Secret. Gener. V. Assistens Hisp.

APPROBATIONES REVISORUM.

LIbrum, cui titulus est: *Epitome Græcæ Palæographiæ, & de Recta Græci Sermonis Pronunciatione Dissertatio*: multâ curâ, diligentiâ, & eruditione a Cl. Viro D. Gregorio Placentinio compositum non sine voluptate legi, jussu Reverendissimi P. Fr. Jo. Benedicti Zuannelli Sac. Palat. Apost. Magistri; eumque a doctis viris probatum iri, minimè dubito. Quin etiam quum plurimum inde utilitatis & adiumenti ad Græcanicam eruditionem assequendam percipere possint adolescentes, optandum esse censeo, ut eruditum Opusculum quamprimùm in lucem edatur. Romæ &c. Idib. Martii MDCCXXXV.

Nicolaus Antonellus ab intimo Cubiculo SS. D. N. Clementis XII. Præfectus Archivii Molis Adrianæ, & S. Congregationis super correctione Librorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ Orientalis Secretarius.


APPROBATIONES REVISORUM.

QUum jussu Reverendissimi P. Jo. Benedicti Zuannelli Sac. Pal. Apostol. Mag. Librum, cui titulus *Epitome Græcæ Palæographiæ &c.* à D. Gregorio Placentinio Viterbien. Hieromonacho Cryptoferratensi singulari eruditione elucubratum diligenter expenderim, in eoque non vulgare in litteris Græcis studium, ac rerum scitu dignissimarum tractationem perspexerim, à veræ Fidei, Christianorumque morum doctrina minimè abhorrentem; publici juris fieri posse censeo. In quorum fidem &c. Romæ IV. Kal. Dec. MDCCXXXIV.

Franciscus Marianus Vatic. Basilicæ Benef. & Bibliothecæ Script. Græcus.

LIbrum, cui titulus „ *Epitome Græcæ Palæographiæ &c.* Auctore R. P. D. Gregorio Placentinio ex S.Basilii Magni Familia Cryptoferratensi, jussu Reverendissimi Patris Fr. Joannis Benedicti Zuannelli Sacri Palatii Apostolici Magistri, legi, expendique per quàm libenter: in eoque adversùs Catholicam Fidem, aut bonos mores adeò nihil offendi, ut παλαιοφίλοις potiùs Adolescentibus, hujusmodi Artis brevi aliquá Institutione ad hanc diem destitutis, utilissimus fore videatur. Itaque luce publicâ donandum censeo &c. Romæ, Pridie Idus Quintiles. MDCCXXXV.

Dominicus Calabresius-Fuscbinius Juris utriusque, Philosophiæ, ac Sacr. Theologiæ Doctor, & olim in Regio Nobilium Panormitano Soc. Jes. Collegio Civilis Juris, atque Humaniorum Literarum Professor.



IMPRIMATUR.

Fr. Jo: Benedictus Zuannelli Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

PRÆ-

PRÆFATIO.



RÆCAM PALÆOGRAPHIAM, magnum, & laborioſum opus, qui aggrederetur ſuperioribus ſęculis inventus eſt nemo; donec V. Cl. D. Bernardus de Montfaucon, poſt exantlatos per viginti & amplius annos in Græcis monumentis obſervandis immenſos fermè labores, anno MDCCVIII. ſtudiorum ſuorum fructum publicæ fecit utilitatis. Verùm prægrandi ſuo volumine illud accepit incommodi, quòd non ita facilè in Adoleſcentium manibus verſari poſſet; neque ſi verſaretur, cuivis in promptu eſſet, præſertim Tironibus, à tanta præceptorum congerie tam latè diffusâ ſeſe extricare, aut quidquam inde compendifacere. Id quum ſemel atque iterùm ſeriò reputaremus, itemque D. Cæcilii Cypriani ſententiam ajentis: *In breviarium pauca digeſta & velociter perleguntur, & frequenter iterantur*: in animum tandem induximus, Ortum ac progreſſum Litterarum Græcarum paucis ita comprehendere, ut in exiguæ molis Libello haberent Adoleſcentes noſtri abſolutum quoddam novæ hujus ſcientiæ veluti Tirocinium; Eruditi autem Viri, quibus Montisfauconii labor eſſet probè perſpectus, haberent tamen & ipſi, quo intermortuam tot rerum recordationem facilè excitarent, ipſumque veluti archetypum contemplarentur. *Teſtim lib. 3.*

Quamobrem plures cujuſque ætatis cùm ex marmoribus, tùm ex Codicibus Litterarum formas congeſſimus. Tametſi non inficiamur, hac in re opus eſſe obſervatione multâ, & experientiâ, oculorumque conſuetudine; propterea quòd quantacumque diligentia in characteribus calamo, inciſione, ac prælo exprimendis adhibeatur, ſemper ab Exemplarium manuſcriptorum formis parumper deflectitur. Quibus de cauſis obſervanda etiam ſunt in antiquis Codicibus atramenti conditio (quod à priſco nigrore

longâ temporum ſerie degenerans ſubrubrum evadit, ut in Codicibus a ſæculo IV. ad XII. cernere eſt) ejuſdemque color, temperatio, & alia vetuſtatis ſigna, quæ ne verbis quidem exprimi poſſunt, nedum in apographa hujuſmodi ſcripturarum referri.

Porrò de veterum Litterarum figuris, quas adferimus, illud liquet dumtaxat, eas priſcis Phœniciis, ſed converſis tamen, ſimiles fuiſſe. Quæ autem priſcæ Phœniciæ revera fuerint, hactenus ambigitur. Earum, quæ a nobis afferuntur Capite primo, & ſecundo, nomina ſunt, *Alaph*, *Beth*, *Gamal*, *Dalath*, *He*, *Vvau*, *Zain*, *Cheth*, *Teth*, *Jud*, *Caph*, *Lamad*, *Mim*, *Nun*, *Semchat*, *Ain*, *Pe*, *Tzade*, *Kuph*, *Riſch*, *Schin*, *Tavv*. Illud etiam certum omninò videtur, nullam penè gentem adeò agreſtem, atque barbaram fuiſſe, nullam a cultu tam alienam nationem, quæ diu ſcripturâ caruerit, quæve ad id peculiaribus notis, ſive hieroglyphicis, ſive aliis quibuslibet non ſit uſa.

Quum autem a Græcæ Scripturæ primordiis ad IV. uſque a Chriſto nato ſæculum nulli prorsùs, quod noverim, occurrant uſpiam Græci Codices antiquiſſimi; idcircò priſcas Litterarum formas ex Tabulis marmoreis præſertim Jonicis (quòd Jones primi, teſte Herodoto, litteras a Phœniciis edidicerint) nummiſque Græcis inveſtigare oportet: quod in tribus primis Operis Capitibus præſtare ſtudui, ætatis ordine, ut par erat, ſervato. In his autem Capitibus nulla facta eſt Inſcriptionis celeberrimæ Sigeæ mentio, quòd abundè eam notis illuſtraverit celebris Scriptor Anglus Edmundus Chiſull, deque eadem rursùs agat V. Cl. nobiſque amiciſſimus D. Dominicus Calabreſius-Fuſchinius in Epiſtola ad D. Salvatorem Vintimiglia, ex qua Sigeæ Inſcriptionis typum, non dimidiatum ut in prima edit. Chiſullius dedit, ſed, ut in ſecunda, autographo congruentem hoc loco repræſentamus.

φavo-

ΦΑΝΟΔΙΚΟ
ꓘΟΜΜΟΤΙΜƎ
ϘΑΤΕΟΣΤΟ
ΗΜΜΟΚΟΡΠ
ΣΙΟΚΡΗΤΗΡΑ
ꓘΟΙΝΙΑꓘ:ƎΔΑ
ΡΗΤΗϘΙΟΝ:Κ
ΠƎƎ:ΜΟΜΟΗΙΑ
ϘΥΤΑΝΗΙΟΝ
ƎꓘΥƧ:ΜƎꓘΛΔƎ
ΕΥΣΙΝ.

ΦΑΝΟΔΙΚΟ:ΕΙΜΙ:ΤΟΗ
ΟꓘΟΡΠΟΤ:ƧΟΤΑΡꓘΟΜΡƎ
ΝΕΖΙΟ:ΚΑΛΟ:ΚΡΑΤΕΡΑ
ΜΘƎΗΙΔꓘ:ΜΟΤΑΤΣΙΠΑꓘ
ΟΝ:ΕΖΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ:Κ
ΥƎΛΙΖ:ΑΜƎΜΜ:ΑꓘΟΔ *sic*
ΕΥΖΙ:ΕΑΝΔΕΤΙΠΑΣ+
ΟƎ ▦:ΜƎΜΙΔΔƎΛƎΜΟ
ΖΙΛΕΙΕΖ:ΚΑΙΜΕΠΟ
ΙΑꓘ:ΖΟΠΟΣΙΑΗ:ΜƎΣΙƎ
ΗΑΔΕΛΦΟΙ

1. φανοδικȣ . εμι . τȣ (ε)ρμοκρατεος. τȣ. προκοννησιȣ . κρητηρα . δε . και . υποκρητηριον . και . ηθμον . ες . πρυτανειον . εδωκεν . σικεευσιν.

2. φανοδικȣ . ειμι . τȣ ερμοκρατȣς . τȣ προκονεσιȣ. κα(ι ε)γω. κρατερα . καπιστατον . και. εθμον . ες πρυτανειον. εδωκα . μνεμα · σιγευσι . εαν . δε . τι . πασχω. μελεδαινε(ι)ν . (ερ)εω. σιγειε(ι)ς. και. με. εποεισεν, αισωπος. και. ἀδελφοι. idest

1. *Phanodici sum filii Hermocratis Proconnesii. Craterem verò, & hypocraterium, & colum ad Prytaneum dedit is Sigeis.*

2. *Phanodici sum filii Hermocratis Proconesii. & ego craterem & (crateris) basim, & colum ad Prytaneum dedi memoriæ ergo Sigeis. Si quid verò patiar, curare me (jubebo) Sigeos. & fecit me Æsopus, & fratres.*

Visitur hic Lapis in Troade inter Sigeum Promontorium & campum amnis Scamandri, ante fores Templi cujusdam pauperis Villæ Christianorum, quæ a Turcis primùm *Jeni-hissari*, mox *Gaurkioi* est appellata: crediturque vulgo hæc Inscriptio omnium, quæ ad hanc diem prodierunt, antiquissima.

Exinde Capite quarto per ineditas varias Inscriptiones a primis Cæsarum temporibus ad nostra propemodùm deventum est: quarum profectò quum una, aut altera vitiata admodùm, & diversis a marmore characteribus edita fuisset; facturum me operæ pretium existimavi, si typis iterùm emendatam utramque, propriisque Litterarum formis expressam recuderem.

Postmodùm ad Codicum characteres descendo Capite quinto, & seqq., eorumque specimina exhibeo, quæ pro majori Tironum commodo, vulgari subinde scribendi more, adjectâque Latinâ interpretatione, repræsento.

Inter hæc, ut consentaneum erat, aliquas scribarum Notas non omisi, quum in iis nonnulla occurrant ad Historiæ, & rectæ Chronologiæ notitiam peropportuna. Librarii quippe in hujusmodi Notis, & subscriptionibus, quas in fine Librorum frequentissimè eodem, vel unciali, vel ad uncialem accedente, quandoque etiam arcano subiiciunt charactere, non modò annum Mundi (juxta propriam Æram, de qua pag. 55. agemus) Dominive, aut utriusque, non modò Indictionem (in qua tamen signanda peccatum sæpenumero, variatumque est) & plerumque horam, qua scriptio desierat, nomenque illius, cujus mandato opus scriptum fuerat; sed etiam aliquando celebriora sui temporis facta literis consignant. Verùm reticendum non est, Calligraphos nonnullos, relictâ consuetudine annos numerandi à conditu Mundi, aliquando eos numerare à morte Alexandri M., quæ incidit in annum I. Olymp.CXIV. Mundi 3660. & ab initio regni Philippi Aridæi, cujus æra ab ex-

cessu

cessu ipsius Alexandri cœpit: aliquos etiam, sed pauciores, qui postremis sæculis scripserunt, a Diocletiano Imperium ineunte A.D. 284. computare.

Annos autem Christi in hisce notis indicare occœperunt Græci Calligraphi, ut Latini, postquam Dionysius cognomento Exiguus, qui Justiniano Imperatore floruit, æram Christianam instituit.

De Numeris, eorumque Notis nihil prorsùs disserui, quòd Tractatus ejusmodi ubique Librorum occurrant. Attamen illud sciendum, quod est in Opusculo περὶ λογισμῶν, *De Librarum supputationibus*, Codicis Regis Christianissimi 2724., qui A.D. 1183. a perito Calligrapho Ærarii Generalis Constantinopolitani Acta evolvente, ex iisque varia excerpente descriptus est; sciendum est, inquam, hunc ipsum Scriptorem a prima Nota Arithmetica α *unum* &c. ad *millenarium* ͵α, cum Grammaticis cónsentire; sed myriadas, sive dena millia longè aliâ ratione adnotare, quàm illi solent. Nam *dena millia* sic ͵ι; 20000., ͵κ; 30000, ͵λ notant: hic autem sic α̈, *dena millia*, sive *myriadem* unam; β̈, 20000; γ̈, 30000; ϊ, 100000, sive *decem myriadas*; ια̈, 110000; ιβ̈, 120000, & sic de reliquis; ita ut quando plures numeri simul ponuntur, duo puncta postremæ semper litteræ numerali superscribantur. ρ̈ autem *centum myriadas*, sive 1000000. significat apud ipsum; ρϊ *centum & decem myriadas*, & sic de reliquis: σ̈, *ducentas myriadas*; τ̈, *trecentas* &c. *Mille myriadas* sic notat ͵α̈, *bis mille* ͵β̈ &c. Si autem millenario alii numeri adjungantur, duo puncta postremo numero superscribit, ut ͵θϡϙθ̈, idest *novem mille nongentæ nonaginta novem myriades*. Ubi verò ad postremum hunc numerum, videlicet ad myriadas myriadum, perventum est, tunc plenis vocibus, non autem notis ab eodem numeratur sic, μύριαι μυριάδες. Nec ul-

trà numeros proſequitur ille, quisquis fuerit, Calligraphus. Id autem ideo hìc expoſui, quòd hæc numerandi ratio eſt admodùm ſingularis.

Hæc de *Palæographia* συνοπτικῶς. Quod autem ad ſecundam Operis partem attinet, duo videntur admonenda: Primò ſcilicet, in argumento nos verſari obſcuriſſimo, quippe quod ſcripto non poſſit exprimi: Deinde, id omninò compertum videri, de veteri, ac primigenia *Pronunciatione* aliquid ſanè interiiſſe; illam tamen optimam eſſe, quæ cum Veterum magis congruit monumentis. Id ſi noſtra in Diſſertatione factum reperient Lectores, veramne per nos aſſequi illam *Pronunciationem*, *nec ſatis ſcio, nec ſi ſciam dicere auſim; quum novi ſemper Scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos ſe*, *aut* comminiſcendi *arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credant*: uti Livius ajebat *in Præfat. ad Hiſt. Rom.*

IN-

INDEX CAPITUM.

Quæ in hoc Libro continentur.

EPITOME GRÆCÆ PALÆOGRAPHIÆ.

De recta Græci Sermonis Pronunciatione Dissertatio.

EPI-

EPITOME GRÆCÆ PALÆOGRAPHIÆ.

CAPUT I.

De literis Cadmeis.



Admus (*a*) (ut veterum Scriptorum fert opinio) anno ab Orbe condito MMDXXVI. Græcis antea illiteratis Phœnicias Literas tradidit : easque , ex Dionysio Halicarnasseo constat, πρῶτον εἰς τὴν ἑλληνικὴν μεταθῆναι διάλεκτον , καὶ τὰς προσηγορίας ἑκάστῳ τάξαι , καὶ τοὺς χαρακτῆρας διατυπῶσαι : *primum* (Cadmum) *ad Græcam enunciationem transtulisse*, & *nomina cuique tribuisse* , & *characteres effinxisse*. Hæ autem numero sexdecim sunt .

Apud Diod. Sic.Lib.3.

ΑΒΓΔΕΙΚΛΜΝΟΠΡΣΤΥ.

Quibus tempore Trojani belli (quod anno Mundi 2695. circiter gerebatur) quatuor adjecit Pa-

A lame-

(*a*) Cadmus,non ille Milesius,qui Orationis solutæ, & Historiæ primus auctor fuit, uti vult Plin. l.5. c.29.,& l.7. c.56., sed Cadmus Agenoris Phœnicum Regis Filius. Hinc Græcorum Literæ ab Ausonio Epist. 4. vocantur *Cadmi nigellæ Filiæ*, & Epist. 7. *Cadmi Filiolæ atricolores*. Non desunt autem qui gloriam advectarum literarum Lino Chalcidensi adscribant; sed a paucis audiuntur.Io: etiam Tzetzes Hist. Chil.V. v.815. & 829. acriter contendit, literas in Græcia ante Cadmum fuisse .

lamedes , nempe Θ Ξ Φ X; todidemque diu poſtea Simonides Melicus, videlicet Z H Ψ Ω.

Fatendum tamen eſt, hac in re non facilè Auctores convenire; quando alii ab Epicharmo Syracuſano Θ, & Ψ inventas exiſtimarunt: Et ſanè Ψ a Meleagro in Epigrammate quodam Γράμμα Συρηκοσίων, ideſt Litera Syracuſanorum appellatur.

Lib. 7. Epig. Græc.

Sed ut accuratiùs propoſitum noſtrum aſſequamur, a Cadmeis Literis initium ſit.

A. Hæc litera, quam Alpha dicimus, ex Phœnicia forma videtur efficta, tranſversâ lineâ intus poſitâ loco binarum, quæ in Phœnicia litera ſic ⋀ extra ponuntur. Ab hac Hebræi ſimul, Græci, & Latini proprium *Alphabetum* inchoarunt; fortaſſe quia naſcentium prima vox ſit, vagitumque, & ploratum exprimat. De ea Auſonius in monoſyllabis Græcis, & Latinis:

Dux elementorum ſtudiis viget in Latiis A.

Ac primùm hìc obſerves velim Alpha ſic delineatum A, eſſe remotiſſimæ vetuſtatis, & vulgaris uſus in marmoribus, & nummis; ſic verò *A* pictum pariter antiquum eſſe: habetur enim in Columnis (quas nunc dicicimus Farneſianas,) Herodis Attici, (*a*) qui literis Jonicis eas incidendas, & in Villa ſua Triopia tertio ab Urbe lapide ponendas curavit ſæc. II. poſt Chriſtum natum.

Al-

(*a*) Herodes Atticus vir conſularis, & Sophiſta adeo literas coluit, ut in librorum lectione conſenuerit, omnium veterum flores collegerit; opuſcula, quæ perierant, ediderit quamplurima. Hadrianus Sophiſta apud Philoſtratum in ejus funere orationem ſuam ſic orſus eſt: πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα. *Denuo è Phœnicia literæ*, ob illius excelſam, eximiamqne doctrinam.

Alpha denique cum angulo intus ſic A apparet in
vetuſtiſſimo Lapide Romæ in ædibus Maximianis, ſed
de hujus literæ ætate diſceptatur apud Gronovium *Th. Græc.*
Tom. 2. item in marmore Ancyrę poſito ad portam *Ke-* *imag.68.*
ſaria dictam, & alibi. Eadem litera cum angulo intus,
ſed parum reclinata A invenitur in nobiliſſima Inſcri-
ptione pariter Ancyrana; quæ ad Eccleſiam Chriſtiano-
rum eruta eſt, & imperante Tiberio poſita: nihilque in *Sec. Chr. I.*
ea eſt, quod a priſca literarum forma deflectat.

B. Vita eâdem prorſus formâ pingitur, ac litera Sa-
maritana; niſi quod hæc ſit verſa facie (*a*) ſic B, & hoc
alio modo B; idque fere ſemper accidit in aliis literis ritu
Phœniciorum, & Hebræorum: Phœnices enim ſini-
ſtrorsùm, Græci verò dextrorsùm lineas ducunt. Quam-
vis non ignorem ego aſſeruiſſe Pauſaniam, Græcos inter-
dum ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν, ideſt a dextris ad lævam, *Lib.5.*
ſcripſiſſe: eoſdemque aliquando etiam βουστροφηδὸν, nempe
more boum arantium, qui poſtquam ſulcum fecerunt
retroverſi alium ducunt, ſcriptitaſſe: Verùm fatendum
eſt, hæc ſcribendi genera vetuſtiſſimi, rarique admodum
fuiſſe uſus; ita ut nulla eorum ſuperſint veſtigia. Vita
autem, de quo erat ſermo, ita inſculptum B habetur in
marmore (*b*) Baudelotiano tempore Peloponneſiaci belli

(*a*) Iiſdem characteribus omnes olim & Chananæi, in quibus Phœnices computantur, & Hebræi, ſunt uſi; eodem modo ſcribunt & hodie pauci illi Samaritani, qui ſuperſunt.

(*b*) Carolus Cæſar Baudelotius Gallus Vir clariſſimus, & eruditus plures apud ſe priſcas habuit Inſcriptiones; quarum nonnullas amicis perhumaniter exhibuit: reliquas verò publici juris facturum ſe promiſit Viris doctis: Hinc Marmora, & Inſcriptiones Baudelotianæ.

exarato, quod anno ab U. C. 323. in Græcia exarſit. Nomen literæ Græcæ eſt Βῆτα, quod a Latinis dimidiatum exprimitur *Be*, ut docet Auſonius:

Dividuum Betæ monoſyllabon Italicum B.

Bapt. Piſo de lit. græc. His adde primam illam vocem, quam Pſamethicus Rex a Puero ſeorſim educato enunciatam deprehendit, ab hac conſonante incepiſſe: βὲκ enim, quæ vox *panem* linguâ Phrygum ſignificat, ab illo Puero prolatam ferunt.

Γ. Gamma, quam literam veteres Syri vocant *gamla*, eandem obtinet formam ac Samaritana litera, quæ ſic effingitur ˥. In marmore verò Baudelotiano ſupra laudato ut lambda Λ exprimitur: & in columnis Farneſianis hanc habet formam ᒍ. Ab hac litera expreſſum putatur C latinum; unde factum eſt eundem locum occupare in Alphabeto latino C, quem Γ in græco. Sic docet Auſonius:

Hæc tribus in Latio tantum addit (a) *nominibus K.*
Prævaluit poſtquam Gammæ vice functa prius C.

Δ. Delta ſumitur a litera Samaritana ſic expreſſa ᖷ. Si verò ita illam formaveris D, Jonica eſt; habeturque in marmore Farneſiano, & ad Phœniciam literam, quæ ſic ᑫ effingitur, referri poteſt. Primum autem Delta frequentioris eſt uſus, deditque nomen cæleſti Aſtro, & Ægyptiæ Inſulæ, ut venuſtè ſcribit Strabo his verbis: Γέγονε δὲ ἡ νῆσος ἔκ τε τῆς θαλάττης καὶ τῶν ῥευμάτων ἀμφοῖν τοῦ ποταμοῦ· καὶ καλεῖται δέλτα, διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος. τὸ δὲ ἐπὶ τῇ κορυφῇ χωρίον ὁμωνύμως κέκληται, διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι τοῦ λεχθέντος σχήματος.

(a) Tria nomina ſunt ex Scalig. *Kaput*, *Kalumnia*, *Kalendæ*.

τος · κ̓ ἡ κώμη δὲ ἡ ἐπ' αὐτῷ καλεῖται δέλτα. *Insula autem Mari, duobusque Nili fluentis facta est; & nominatur Delta propter figuræ similitudinem. Locus, qui ad verticem est, eodem nomine appellatur, propterea quod dictæ figuræ initium est: Vicus quoque, qui ibi est, Delta nominatur.* Lib.17.

Secunda forma τοῦ Delta, quæ omnino est majusculum D latinum, licet vetustissima sit, rarioris tamen est usus. De prima Deltæ figura hæc Ausonius:

Non formam, at vocem Deltæ gero Romuleum D.

Hoc in loco notandum est, Dores Z in Delta Δ commutasse: hinc pro Ζεὺς Δεὺς dixerunt, unde Latini *Deus*: pro Ζάγκλη, Δάγκλη, qua voce apud Siculos *falx*, quin etiam Messana ipsa, quòd in falcis formam collocata est, significabatur.

E. Epsilon ortum habet a Phœnicio, quod sic exaratur ∃, ∃. In vetustissima (*a*) Inscriptione Deliaca ita insculpitur ⴹ. Hac Græci litera pro augmento in verborum temporibus utuntur: ut γράφω, ἔγραψα. Hinc non sine ratione plerique Latinorum Grammatici geminationes præteritorum per E potius, quàm per alias literas scribi voluere: & *spepondi*, *tetondi*, pro *spopondi*, *totondi* dixerunt. E loco η Prisci usurparunt: Unde Ἀθένη pro Ἀθήνη. De hac litera Ausonius:

Ita quod Æolidum, quoque E valet hoc latiare E,
Præsto quod E Latiis semper breve Dorica vox E.

 Post

(*a*) Vir Cl. de Tournefort, qui Regis Galliarum jussu, ac sumptu Orientales peragravit Regiones, Deliacam Inscrip. invenit in Delo Insula ad basim Statuæ humi dejectæ. Forma literarum prisca est, & Jonica, admodumque singularis.

Poſt E ponebant Græci in ſuo Alphabeto ἐπίσημον βαῦ ita dictum a Phœnicio 7 Vau; tripliciterque figurabatur ſic ϛ. F. C. non literæ, ſed numeri 6. munere fungens. Itaque prima figura in aliquot Codicibus VIII., & XI. ſæc. Alphabetum habentibus poſt E collocatur. Altera forma F digamma Æolicum appellatur; eſtque ſexta litera tum Phœniciis, tum Latinis, & apud eoſdem Æoles pro ſpiritu tam aſpero, quam leni uſurpata eſt. Denique tertia figura apparet aliquando in Inſcriptionibus: in nummis verò græcis, ut in quodam Gallieni, & in altero Claudii Gotthici per S exprimitur.

I. Jota, hanc Veteres literam ab ipſius forma longam nuncuparunt: & quamvis Phœnicium nomen apud Græcos retineat; cum Phœnicia tamen forma non convenit: Hæc enim ita exprimitur Ϻ, Ν, ξ, propius videtur accedere ad 7 hebraicum, & chaldaicum. De I latino hæc Auſonius:

Littera ſum Jotæ ſimilis vox plena jubens I.

Ubi τὸ I eſt modus imperativus Verbi Eo.

K. Cappa. Hoc gramma ad Latinos migravit, etſi omnino ſupervacaneum ipſis videatur: Et quamvis Græca figura a Phœnicia, quæ ſic formatur כ, non parum degeneraverit; ab ea tamen fit extremis lineolis præciſis, & ita poſitis Ӿ. Fieri etiam poſſet ab hac alia forma Ʒ Samaritana, ſuperioribus videlicet lineis intus ſic poſitis €; ſed ut opinor, minus proprie: cum hæc poſtrema figura nullam habeat ſimilitudinem, neque cum Samaritana, ſeu Phœnicia, neque cum Græca litera, cujus originem quærimus. Ab hoc grammate ortum habuit proverbium

illud

illud τρία κάππα κακὰ propter Cappadoces, Cilices, & Cretes, ſeu Cares, ut habetur in eo verſiculo:

Καππάδοκες, Κᾶρες, Κίλικες τρία κάππα κάκιςα.

Auſonius de hac litera:

Cappa fui quondam Bœotia, nunc Latium K.

Illud quoque ex Scaligero annotandum exiſtimavimus, Cappa retinere nomen Syriacum, unde majuſculum *Caph* Chaldaicum, & inde Judaicum emanavit (ita quoque ſentit Montfaucon, & tamen certum eſt literas Chaldaicas,& Hebraicas antiquiores eſſe Syriacis) veteres vero Latinos non *Kappa*,ſed *Ka* dixiſſe:unde *Krus* pro *Karus* ſcribebant. Etenim cum mutæ literæ incipiant a ſe, & deſinant in E; contra verò ſemivocales incipiant ab E, & deſinant in ſe; veteres compendii gratia mutæ literæ non apponebant E, ut qui literam ipſam pro ſyllaba acciperent: unde *bne ptere* pro *bene*, & *petere* ſcriptitabant. Cum autem ſola mutarum K inciperet quidem a ſe, ſed deſineret in A, non in E; ideo cum ſyllaba *Ka* concipienda erat, ſolo K contenti, A omittebant. Itaque *Krtago*, pro *Cartago*, *Kput* pro *Caput*, (legis nimirum, non hominis,) ſcribebant. Non poterat ſanè hoc haberi per C latinum ſic *Crus*, *Cnus*, quia ſonaret *Cerus*, & *Cenus*; non *Carus*, & *Canus*: Verum tamen eſt apud Veteres non minus fuiſſe in uſu literam K, quàm C, etiam in medio vocabuli: unde illud *ArKa Pontificum*.

Paleog. l.2 p.129.

Λ. λάμβδα, & λαβδα, ſecundùm omnes formas, quas habet, videlicet Λ, ⊬, L, cum Phœniciis ſcilicet <, L, ⅄, convenire videtur. Prior græca in vetuſtiſſimis marmoribus paſſim occurrit; altera in quodam

dam (a) nummo Messanensi reperitur, ubi Messana DANKLE nuncupatur: tertia demum in Inscriptione Herodis Attici, & in aliis sæpe conspicitur: aliquando etiam in nummis illam cernere est.

Hinc in nummis Græcis L pro Λυκάβαντος, idest *anni*, vulgo accipiebatur.

Præterea hæc litera obscœna habita fuit apud Veteres, quod ab ea λείχειν, *idest lingere*, inciperet: & quoniam hoc in primis vitio Lesbii notabantur, hinc effatum illud Λάμβδα Λεσβίων. Aristophanes ἐν Ἐκκλησιαζούσαις:

Δοκεῖς δέ μοι καὶ λάμβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους.

Videris juxta Lesbios Lambda mihi.

M. & μ. Utraque hæc litera antiqua est; fitque a Phœnicia, quæ tamen tres habet apices sic ש. In nummo Amyntæ, primi hujus nominis Macedonum Regis, diductis admodum lineis insculpitur /V\. In marmore verò Cyziceno, quod ad impluvium Grimanarum ædium Venetiis puteo imminet, quodque positum est, ut putatur, antequam Græciæ Civitates Macedonum legibus subicerentur, hanc obtinet formam |V|. De ea Ausonius:

Vocibus in Grajs nunquam ultima conspicior M.

Ubi μῦ non *em* legas, ut constet carmen.

Hanc porro *literam silentii* veteres dixerunt, quòd tenuissimæ vocis sit: Unde Ennianum illud,

Quod minimum est, neque, ut ajunt, Mu facere audent.

Scio

(a) Nummus ille a Paruta in Sicilia sua expressus est: ibi enim DANKLE legitur pro ΖΑΓΚΛΗ, qui nummus diu ante rem Romanam ex Typi genere cusus existimatur.

Scio Scaligerum per dictam literam canum latratus exprimi, arbitratum eſſe; ſed an rectè, equidem ignoro.

N. Ny fit a Phœnicia, quæ ſic pingitur V, additâ lineolâ hoc modo N; hæc verò N forma antiquiſſima eſt, habeturque in Inſcriptionibus aliquot remotiſſimæ vetuſtatis. In citato autem nummo Amyntæ, qui in ſerie Regum Macedoniæ nonus a Carano cenſetur, rariſſima hac forma effingitur N. Auſonius hoc gramma ſic explicat:

Zeta jacens ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur N.

Ubi NY legendum eſt.

O. o parvum ejuſdem prorſus eſt formæ, ac Samaritanum o O. Hæc litera antiquitus accipiebatur etiam pro Ω, ut liquet in Athenienſibus Inſcript. tempore belli Peloponneſiaci,* in Eccleſia τοῦ ςαυρωμένου, *Crucifixi*, poſitis. Vetuſtiſſimum etiam eſt Omicron quadratum □; aſpicitur enim in ſupradicto nummo Amyntæ Regis. Auſonius de hac litera:

Una fuit quondam, qua reſpondere Lacones
Littera, & irato Regi placuere negantes.

Veteres namque o pro ου ponebant.

* nunc

Π. Pi in omnibus Phœniciis formis agnoſcitur ſolo ſitu mutato, & reſupinatâ literâ, quę ſic habet ⊐ ⊐ ⊐. Antiquitus autem apud Græcos promiſcuo uſu hæc litera ſic Π, & decurtatâ poſtremâ lineâ ſic Γ ſcribebatur. Ultima eſt in marmore Baudelotiano; utraque in marmore Cyziceno jam memorato, & in aliis. Verùm poſtrema forma antiquior eſt, ex qua Latini ſuum P fecerunt mutando quadrata rotundis, ita ut P latinum

num P Rho græcum prorſus referat; unde Auſonius:
Auſonium ſi P ſcribas, ero Cecropium P:
Et Rho quod Græco, mutabitur in Latium P.

Poſt Π, ἐπίσημον σὰν πῖ, vel ἀντίσιγμα πῖ, quod ſic exaratur ℈, Λ\, veteres in Alphabeto ponebant; non quòd literæ munere fungeretur; ſed pro numero ἐννεακόσια, ideſt *nongenta*, adhibebatur. Poſtea verò commutarunt locum τοῦ ἀντίσιγμα πῖ cum κόππα, quod vocatur ἀντιῤῥῶ, quia eſt Rho inverſum ſic ᑫ, & ſimile Coph Phœnicio Ϥ, ſignificatque ἐννενήκοντα: quamvis nota illa numeralis τοῦ κόππα, ſeu ἀντιῤῥῶ modò ſic etiam depingatur ϟ, eundemque numerum ſignificet, nimirum ἐννενήκοντα, *nonaginta*.

P. Rho originem trahit a Phœnicia forma, quæ ſic figuratur ᑫ. In marmoribus tamen Baudelotianis, & Herodis Attici accedit ad R Latinum ſic R, & in Deliaca Inſcriptione omiſsâ lineolâ triangulum ſupernè exhibet ᑭ. Hanc literam Demoſthenes difficulter pronunciabat; ſed lapillis ore incluſis, longaque exercitatione naturæ vitium tandem ſuperavit.

Ferunt etiam, nonnullos notatos eſſe tanquam immodicè hoc grammate utentes, & præcipuè Eretrienſes; idque proverbio illo indicatum ἐρετριέων ῥ. de his, quæ ad faſtidium uſque repetuntur.

Σ. Sigma, quod Doricè σὰν dicitur, quadrupliciter formatur Σ, ≶, ≶, S. Prima, & ſecunda figura paſſim occurrit in Nummis, & Inſcriptionibus, cumque Phœnicia litera conveniunt, quæ ita exaratur W M. Tertia accedit ad S latinum; habeturque in Marmoribus Joni-

Jonicis. Quarta tandem eſt S latinum, & apparet in Inſcriptione Deliaca, & alibi.

Verùm a nonnullis σ ſibilus potius, quàm litera exiſtimata eſt. Geminatum σσ locum duorum ττ ſæpe occupat; de qua re extat elegans Luciani commentatio, cui titulus δίκη φωνηέντων, ideſt *judicium vocalium*.

T. Tau ex formis Samaritanis, quæ Crucem modò rectam +, modò inverſam × referunt, effictum eſt, demptâ lineolâ ſuperiori. Hæc litera Ægyptiorum myſteriis ſacrata eſt: per ejus enim effigiem, quæ Crucem repræſentat, ſpem venturæ ſalutis intelligi voluerunt, ut in Sacra Hiſtoria Ruffinus auctor eſt: conſtat etiam ex Sacris Interpr. Angelos ſex, cum genus humanum malè haberent, præteriiſſe ſolùm eos, quibus ſignum Tau erat adſcriptum, quod ſanè ad Sacro-Sanctam Crucem referendum arbitror. Alii verò hanc deteſtati ſunt literam, quòd ſuper ea Homines ſcelerum luant ſupplicia; idque Lucianus ei imputat in *Vocalium judicio*. Hinc & Virgilianis Catalectis (ſi modo Virgilii ſunt) T. Gallicum pro Cruce accipitur; quo ſupplicio Galli peculiariter utebantur: ad quod alluſiſſe Auſonium putant Viri docti in illo verſiculo: *Ezech. c. 9.*

Scire velim Catalecta legens quid ſignificat T?

Idem de forma hujus literæ:

Malus ut antennam fert vertice, ſic ego ſum T.

Y. ypſilon. Hanc literam Phœniciis non adſcribunt Viri docti, fortaſſe quòd in antiquiſſimis monumentis non reperiatur; cujus rei illud eſt indicium, veteres fere ſemper O pro OY ſcripſiſſe; ſicuti etiam KIO pro KYΩ: ſed

putant a gruibus acceptam auctore Palamede: unde illud Martialis, lib. XIII. Epig. 75.

Turbabis versus, nec littera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

Et Lucanus:

Et turbata perit dispersis littera pennis.

Jam verò etsi hæc litera Cadmeâ antiquitate fortasse non gaudeat, celebris tamen est Pythagoræ auctoritate, qui eam ad humani animi retulit instituta; utpote quæ

Traducit trepidas ramosa in compita mentes.

Unde Ausonius:

Pythagoræ bivium ramis pateo ambiguis Y.

Cæterùm hæc forma τοῦ ypsilon ɥ perantiqua est, & nusquam alibi (excipio Amyntæ nummum, ex quo eam extraximus) observatur. Quæ sane peregrinitas tum in hujus, tum in aliarum literarum formas a Macedonibus ipsis importata videtur: ea namque gens ante Philippum & Alexandrum, cum incultior obscuriorque esset, non inter literatas Græciæ computabatur.



CAPUT II.

HActenus de Cadmeis literis, nunc de reliquis nempe Θ, Ξ, Φ, X, Z, H, Ψ, Ω, agendum est; quæ licet novæ recentioresque (quidquid sit de vero ipsarum Auctore) fere ab omnibus judicentur, Græcorumque e prisco Alphabeto explosæ sint, nihilominus, unâ aut alterâ exceptâ, in iisdem antiquissimis marmoribus conspiciuntur, ubi sexdecim superiores.

De Palamedis, et Simonidis literis.

Θ. Thita (ut placet non nullis) fit a Phœnicia, quæ sic habet Ʊ. Licet autem litera *Teth* Phœnicia lenis sit; aspirata tamen apud Græcos est: contrà verò *Thau* apud Phœnicios aspiratum, apud Jonas & Græcos tenue profertur. In marmore autem Farnesiano Herodis Attici sic insculpitur ⊗, & in Deliaco sic ⊕, exiguo loci discrimine. Habetur etiam Thita cum solo puncto in medio ʘ uti apparet in lapidibus Baudelotiano, & Cyziceno, de quibus supra diximus. Ausonius de hac litera:

Ansis cincta duabus erit quum Jota leges Θ.

Ubi metri causa *The* legendum, non *Theta* seu *Thita*. (nisi potius loquatur Auson. de Φ.)

Præterea hoc grammate veteres in judiciis præsignabant capite damnatos, quòd sit prima litera illius vocabuli θάνατος, *mors*. Unde illud Satirici:

- - - - - *Nigrum præfigere* θῆτα.

Et Ausonius:

Tuumque nomen θῆτα *sectilis signet*.

Ξ, X Ϛ, Xi. Latini κατὰ ἀναστροφὴν *ix* dixere. Prima forma post bellum Peloponnesiacum advecta existimatur

 matur

matur annis ante Christi ortum circiter 450. nam antea secunda, quæ per duas literas X & Σ exprimitur, usurpabatur; ut videre est in marmore Baudelotii, itemque Sponii Inscriptione, ubi legitur ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ pro ἀμφιάναΞ. Porro hæc forma ξ, quæ minus frequenter occurrit in marmoribus & tabulis, ex Phœniciis formis ʒ, ʒ, effícta videtur. De hac litera Ausonius:

Mæandrum, flexusque vagos imitata vagor ξ.

ubi ultimam hanc formam ξ haud dubiè notat, quæ (ut ajunt) observatur etiam in aliquot antiquissimis Inscriptionibus.

Φ. Phi. Nostri dixerunt *ef* κατὰ ἀναστροφήν. Hæc litera putatur composita ex Π, & Η, ideoque duplex. Ac præterea Palamedi, uti diximus, seu Cadmo Milesio (ut videtur aliis) adscribitur. Dicta forma τοῦ Phi prisci est usus; hæc autem quadratum in modum expressa ⏀ antiquissima est, sæpeque in marmoribus occurrit; quadratæ enim literæ apud veteres summopere frequentabantur. De hac litera ita Ausonius, sed minùs propriè:

Hæc Crucis effigies Palamedica porrigitur Φ.

Χ. Chi. Apud nos vim habet C cum aspiratione, idest *ch*. Hæc litera nullam fere mutationem passa est; & in antiquissima Inscriptione Jonica post Cimonis egregii Atheniensium Ducis mortem, annis circiter 450. ante Christum natum positâ cernitur, sicuti etiam Φ. De ea Ausonius:

In Latio numerus denarius Argolicum X.

Z. Zita compendium potius duarum literarum scilicet ΣΔ, vel ΔΣ, vel ΣΣ, vel ΤΣ videtur esse, quàm

pro-

proprie litera. Ita planè docet Voſſius *Artis Grammat. l.1.c.21*. Ex quo eruunt aliqui, non modo Z literam apud Græcos duplicem fuiſſe; verùm etiam quæcumque duplex eſt litera, eo ipſo non eſſe verè literam, nec inter veterrimas numerandam, quæ & ſimpliciſſimæ, & non niſi omnino neceſſariæ habebantur. Verùm illa figura in antiquis marmoribus, & nummis conſpicitur paſſim; non infrequenter etiam hæc alia forma ⌶, quo pacto ſcribitur in Cyziceno marmore. Tentavere quidam ad græcum Z referre Phœnicium, ſeu Samaritanum, quod ſic effingitur ℷ, ſed fruſtra, ut planum fit conſideranti; Veriùs hæc figura τοῦ Zita Ʒ, quæ in antiquiſſimis codicibus obſervatur, ad cæteras Phœnicias, quæ ſic exarantur Ʒ Ʒ, accedere dicitur. Poſtremò pro geminato σσ poſitum videtur, uti jam innuimus, & indicio eſt illud Suidæ ἴσσα ἐπίφθεγμα ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων, καὶ ὅλως δυσπραγούντων. *Iſſa acclamatio eſt de Z ſortientibus, & omnino infeliciter agentibus*. Auſonius de hac litera:

Zeta jacens ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur N.

H. Ita, ex Phœnicia forma, quæ ſic habet ⊓, effictum videtur. Olim E vulgare, ut videre eſt in Jonicis Inſcript., pro H. adhibebatur: οὐ γὰρ η ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν, inquit Plato in Cratylo; ideſt *Antiquitus enim non literà η, ſed ε utebamur*. De hac litera Auſonius:

Hta quod Æolidum quoque E valet hoc Latiare E.

Prætereundum non eſt, hanc formam τοῦ ἦτα H pro aſpiratione tantùm primùm uſurpatam fuiſſe; non autem pro litera: hinc Varro doctiſſimus Romanorum in libro, quem

quem de Grammatica conſcripſit, τὸ H. non eſſe veram literam agnoſcit: Dicit enim — *Literarum partim ſunt, & dicuntur, ut A, & B; partim dicuntur, & non ſunt, ut ut H, & X: partim ſunt, neque dicuntur, ut Φ, Ψ.* Verùm licet H propriè litera non fuerit, nihilominus literæ nomen huic poſtmodum adhæſiſſe conſtat. Auſonius de H, prout ſpiritus eſt:

Spiritus hic flatu tenuiſſima vivificans H.

Ψ. Pſi. Hęc litera a priſca forma parum degeneravit, ut infra videbis. In marmore Baudelotiano Jonico charactere inſculpto, & tempore belli Peloponneſiaci erecto per aſpiratam literam Φ cum Σ conjunctam expreſſum fuit: ibi enim legitur ΟΦΣΙΑΔΕΣ, pro ΟΨΙΑΔΗΣ. Id tamen vix alibi invenitur; & ſolùm factum eſt, quod noverim, antequam hæc forma τοῦ Pſi Ψ in uſu eſſet apud Græcos. Illud quoque nobis veroſimile videtur Ψ ſcilicet ſcribi interdum pro βς, ut in ea voce ἄραψ; aliquando pro πς, ut in vocabulo αἰθίοψ. Auſonius de hac litera:

Furca tricornigera ſpecie pœne ultima ſum Ψ

Ω. O magnum ante Chriſtum annis circiter 450. inductum eſt: prius autem per O ſimpliciter ſcribebatur, ut apparet in Jonica Inſcript. ſępius citata: ibi enim ſic ſcribitur EN:TO: AYTO:ENIAYTO: prò EN ΤΩ ΑΥΤΩ ΕΝΙΑΥΤΩ, ideſt *eodem ipſo anno*. Auſonius:

Et ſuprema notis aſcribitur Argolicis Ω.

Equidem obſervandum eſt, literas Phœnicias, & Samaritanas, quas huc uſque attulimus, deſumtas eſſe ex Rabbi Azariæ lib. *De literis Samaritanis*; ex nummis Sidoniis, atque ex aliis Scriptoribus.

CA-

CAPUT III.

De literis quæ in nummis, et marmoribus incisæ sunt usq. ad IV. et V. sæc.

ORtum Græcarum literarum, & veterrimas ipsarum formas pro modulo nostro declaravimus. Sequitur, ut earundem modò progressum, quamque figuram in marmoribus, & nummis ad IV. usque, & V. Christi sæculum nactæ sint, breviter persequamur.

Alpha igitur præter eas formas, quas cap. 1. fol. 2. retulimus, has etiam habet Α Α Λ Α Α Λ +. Prima apparet in Deliaca Inscriptione, de qua jam diximus. Secunda in marmore Diodori Papiæ haud ita pridem Romæ eruto, quod ad priora Augustorum sæcula pertinere videtur. Tertia, quæ productâ supernè lineâ depingitur, (quod etiam fit in Δ, & Λ) habetur in quadam Inscriptione II. vertente sæculo, postquam Antoninus è vivis excesserat, Ancyræ positâ. Reliquæ omnes in gemmis (*a*) Basilidianorum. Illud tamen adnotamus, in Numismatibus Antiochorum, Arsacidarum, aliorumque Orientis Regum, Alpha, & reliquas literas globulis distinctas sic observari Α, Β &c. Et apud Gronovium ex nummo, cui nomen inscriptum Φαῦδρα, Alpha sic exaratur Α

C B. In-

(*a*) Basilidiani secundo Christi sęculo turpissima hęresi infecti exorti sunt originem trahentes ex Gnosticis: ita verò dicti a Basilide eorum Parente. Putabant autem, virtutes, & Angelos plures esse, quorum Principem Ἀβράσαξ nuncupabant; quòd hæ literæ si numericè accipiantur, τξέ idest 365. conficiunt; quot scilicet diebus sol cursum absolvit (etenim σ. 200., ρ. 100. ξ. 60. β. 2. & triplex α. 3. significant.) Numerabant itaque 365. Virtutes, quibus totidem anni dies designabant. Porrò multa nomina dictarum Virtutum in ipsis Abraxæis gemmis expiscantur Viri docti.

B. In gemmis Basilidianorum ita B effingitur. In (a) Chyndonactis autem Inscrip. hanc habet formam B.

Γ. In quadam Inscript. Atheniensi, ineunte Tiberii Imperio positâ Druso Consule *Ann. Chr.* 16. pro κ poni videtur: ibi enim legitur EΓ pro EK. Ea Inscriptio in Bibliotheca Colbertina nunc asservatur.

Δ. In supradicta Inscr. Ancyrana ita exaratur Δ.

E. Hoc gramma ineunte Romano Imperio mutatum est in hanc formam Є, quæ quidem ante Romanum Imperium in nummis, & marmoribus nusquam observatur, sed eo ineunte in nummis Julii Cæsaris sub Augusto cusis adhibita est. In marmoribus autem Neapolitanis unico ductu sic ε insculpitur: (quod sanè ideo factum est, *Vid. Præfat.* ut paucioribus ductibus effingerentur literæ.)

Illud etiam hìc observes velim, formam rotundam τοῦ Є (quæ in uno etiam Maronitarum nummo reperitur) ab Augusto ad usque quartum sæculum sæpius occurrere in marmoribus Romanis, rarò tamen formam quadratam, & priscam; quamvis in Græciæ marmoribus etiam post quartum sæculum vetus illa forma E interdum adhibeatur.

H. In tabula marmorea Athenis eruta, & ineunte Tiberii Imperio posita (ut supra dictum est) cum solo puncto in medio sic |·| exaratur. In Epitaphio verò Cosiniæ

(*a*) Celebris est Inscriptio Chyndonactis Sacerdotum Principis reperta an. 1598. in agro Divionensi, dum Vinea Guenebaldi ligone foderetur, eo in loco, qui dicitur *Poussot*. Ea tamen a nonnullis eruditis, inter quos est D. Bernardus de Montf. in dubium revocatur, & existimatur fictitia; quia multa ibi commentum olent. Vide laudatum Montfauc. in Recensione Palæog. Græc. n. VIII.

ſmiæ, quod tempore Auguſtorum videtur poſitum, ita ſemper inſculpitur ɦ.

Θ. In marmoribus hanc duplicem, præter alias, formam obtinet ⊟, ◈. Prima eſt ſub Icone marmorea Theophraſti, (quæ extat Romæ in Ædibus Maximianis) & alibi: altera in antiquis tabulis Siculis Gualtheri.

I. & K. priſcam formam ferè ſemper ſervarunt.

Λ. Diximus hanc literam per L. latinum olim expreſſam fuiſſe, quod etiam apparet in quodam Aeſillæ nummo ante rem Romanam cuſo; de quo tamen fatendum eſt varias, & inter ſe diſcrepantes opiniones afferri. Alii enim aſſerunt, vocem illam *Aeſillas* latinè fuiſſe ſcriptam, cum reverà in eo nummo non ſolum L. latinum, ſed etiam S. expreſſum fuerit; alii contra dictam vocem Græcam eſſe, & vetuſtiſſimis Græcis characteribus exaratam. Et ſanè compertum eſt, eas literas apud Græcos priſco fuiſſe in uſu: ac proinde alii, quibus eruditiſſimum D. Bernardum de Montfaucon annumero, omnino hærent; nec ad alterutram partem accedere audent.

M. In marmoribus Ancyranis ſæpiſſime ſic *M*. effingitur, licet hæc forma reclinata, & oblonga ante rem Romanam uſurpata deprehendatur; idem dic de *A*, quæ eodem modo invenitur ſculpta. Mi ſic etiam μ inciditur, & habetur ad imum iconis Menandri, & alibi, ſed non frequenter.

N. Hac ſpeciali formâ *N* gaudet in Inſcriptione Papiæ Diodori jam memorata.

Ξ. Has poſſidet formas ʓ, ξ, Ŧ, Ƶ, Ꞓ. Prima, & ſecunda in aliquot marmoribus occurrunt. Tertia

in nummis, & Inſcriptionibus ſub Romano Imperio poſitis; ſicuti etiam quarta, quæ unâ cum ultima in gemmis Baſilidianorum locum habet, & alibi. Duo hìc meminiſſe oportet: primum, hanc ξ formam in veterum monumentis, ut perhibent, occurrere, rariſſimè tamen; quia illi flexus tam vagi difficilè ſcalpro delineari poſſunt. Alterum eſt: formam Ξ in nummis, & marmoribus cerni uſque ad Romanum Imperium.

O. In nummis unico puncto expreſſum fuit, uti in eo Philippi Macedonum Regis, ubi ſic ſcribitur ΦΙΛΙΠΠ● Σ. In tabulis autem ſiculis Gualtheri, aliiſque marmoribus ita ◇ formatur: Et in Baſilidianorum gemmis his gaudet figuris □, ◇, ◇.

Præterea hoc gramma pro ου in fine vocum uſurpatum fuit, ut ex vetuſtiſſima Inſcriptione a Plinio prolata, in qua legitur NAVSIKRATES TISAMENO ATHENAIOS: qua Inſcriptione probat Plinius, veteres Athenienſium literas eaſdem fuiſſe atque latinas. Unde miror quòd editiones Plinianæ recentiores fere omnes vulgaribus literis græcis, & diu poſtea excogitatis eam exhibeant Inſcriptionem.

Eadem litera cum I. una ſerie adſcripto eſt adhibita pro ῳ ſubſcripto dativi caſus in vocibus in ος terminantibus: ut in ſæpe laudata antiquiſſ. Inſcr. tempore belli Peloponneſiaci erecta, ubi EN TOI: ΠΟ⅃EMOI legitur, pro, ἐν τῷ πολέμῳ. Verumtamen dativus caſus per ω tantùm plerumque ſcribitur in marmoribus, & libris vetuſtioribus; & aliquando additur ι, ſic ῶι.

P. In gemmis Baſilidianorum hanc habet formam

mam ꟼ ;& in quodam marmore hanc aliam ꟼ non multum ab ea diverſam. In Inſcriptione autem Athenienſi, nunc Colbertina (de qua profectò in primis dicere debueram, ob ejus remotiorem antiquitatem, poſita ſiquidem eſt anno Chriſti 15. vel 16. Imp. Tiberii ſecundo) P. ſemicirculum ſemper habet in medio lineæ Þ; quod ſane nuſquam alibi, quod ſciam, obſervatur.

Σ. Quadratâ formâ ſic inciditur ⊏ in marmoribus ab initio Auguſtorum, & Cæſarum; frequentiùs autem in nummis, & Inſcriptionibus ab exitu primi Augg. ſæculi Sigma rotundum C occurrit: Hinc Martialis *lib. XIV. Epig.* 80.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine Sigma.

Eſt etiam Sigma nomen Triclinii ſemirotundi a forma hujus literæ ſic nuncupati: Unde idem Martialis *lib. X. Epig.* 44.

Septem Sigma capit, tres ſumus; adde Lupum.

T. Hæc priſca, & vulgaris forma nihil pene varietatis ſequentibus Auguſtorum temporibus admiſit.

Υ. Ita figuratur Ƴ, V, V, V. Prima ex marmore Andocidis, & Ariſtophanis Romæ, itemque ex quadam Ancyrana Inſcrip., quæ ſub primis Auguſtis poſita videtur, prodire dicitur: Secunda eſt in nummo græco Byzantino perantiquo Rev. D. Bernardi de Montfaucon, ubi ſub uva, ut ipſe teſtatur, legitur BVZANTIΩN; & in gemmis Baſilidianorum: Tertia in Epitaphio Diodori Papiæ: Ultima in Chyndonactis Inſcriptione.

Φ. Has formas exhibet ⌽ ◊ ⍋ ⍑ : Primam in quadam Inſcrip. vetuſtiſſima Romæ ad imum iconis

cujusdam Græcę; Secundam item Romæ in Inscriptione Nymphodori in Ædibus Maphæjanis, & alibi: Tertiam in marmore Insulæ Syro, referente D. de Tournefort: postremam in gemmis Basilidianorum. Invenitur etiam cum puncto in medio ⊙ ex nummo Phædræ supra cit. apud Gronov.. Nec dubitarim asserere, plures alias Græci Alphabeti literas puncto in medio apposito descriptas fuisse apud veteres, præter jam recensitas.

X. Nihil fere mutavit a prisca forma.

Ψ. Parum recessit a veteri figura; in gemmis vero Basilidianorum hanc habet formam +.

Ω. Ante Christum annis circiter 450. inductum est. In Nymphodori Inscriptione sic pingitur ◊; sic W verò in tabulis Siculis Gualtheri, & in marmoribus Oxoniensibus p. 93. In Inscriptione, quæ Hadriani tempore posita est, omega inversum jacet ℧. Nonnulli autem Lapides sub Imperio Romano positi illud ita exhibent W ω. Tandem hæ duæ formæ ω, Π, conspiciuntur; prima in marmoribus, & nummis passim ab Imperio Augusti, altera verò in Chyndonactis Inscriptione.

Supervacaneum, ut puto, non erit de hac ω figura pauca hæc clarius subiicere. Illa itaque forma (idem intellige de his Є & C) ante Rom. Imperium nusquam observatur in nummis, & marmoribus: sed ineunte Rom. Imperio in nummis Julii Cæsaris sub Augusto cusis, & in Augusti nummis forma illa adhibita est; in iis prȩsertim nummis, qui Smyrnȩ percussi sunt. Romæ item marmora, quæ quotidie eruuntur, quando græcè sunt inscripta, hanc novatam formam fere semper habent. Idip-

Idipſum autem dicatur de aliis Occidentis partibus, ubi vel a principio Rom. Imperii ea nova forma admodum frequentatur; vetuſtior autem illa Ω (idem dic de his E, Σ) rariùs obſervatur, ac citiùs obſolevit. In Oriente verò a principio item Rom. Imperii dicta forma ω adhibita fuit, ſed rarius ſub Auguſto: poſtea verò uſque ad finem tertii ſæculi vetus, & nova paſſim obſervatur, ita ut ſæpe eadem Inſcriptio utramque habeat; videturque vetus illa forma in Oriente ad quartum, & forte ad quintum uſque ſæculum adhibita interdum fuiſſe, in Tabulis ſcilicet marmoreis, aut æneis.

De Siglis quæ in nummis & marmoribus inciſæ ſunt uſque ad IV. & V. Sæc.

Unum hoc reliquum erat ad plenam Nummorum Inſcriptionumque habendam notitiam, ut animadverterem nimirum, in antiquioribus nummis obſervari aliquando Monogrammata quędam, quæ aliquot literis ſimul complicatis, nomina Civitatum, Deorum, aut Virorum Illuſtrium obſcurè referunt. Apponam hìc exempla aliqua, quę reliquis lucem afferre poſſunt.

A. Hæc ſigla idem ſonat ac Aἰτωλῶν *Ætolorum*. Populi erant Epiro finitimi.

TP. Hac ſigla putant ſignificari *Tyrum*: Poſſet tamen legi TυPIων, ideſt Tυρίων, *Tyriorum*.

AP. Ideſt A'Pαδίων, *Aradiorum*, in nummis Antiochi; *Aradus* urbs Phœniciæ erat.

AK. Ideſt A'KPαγαντίνων, *Agrigentinorum*, in Sicilia.

ΠA & ΠAP. Ideſt πAPιON, pro παρίων, *Pariorum*. Hæc paſſim in Pariorum nummis obſervantur.

M. Μακεδόνων, *Macedonum*, in nummo Alexand.

Hæc autem monogrammata partim ante rem Romanam

manam, partim ſub Rom. Imperio inſculpta fuere. Plerumque tamen non niſi per conjecturas legi poſſunt.

Pro denariis verò indicandis interdum ponitur hæc Sigla ⚹, ut in quadam Inſcriptione Ancyrana: interdum hæc alia Ẍ., ut in Epitaphio Myrtales Florentiæ.

Huc etiam referri poteſt modus ille ſcribendi, qui in nobiliſſima Inſcriptione Ancyræ ad Eccleſiam Chriſtianorum eruta conſpicitur, in qua eſt NΓ pro NΓ; itemque ΠP pro ΠP; ſic K pro Καὶ; NE pro NE; Δ pro ΔA; ⓒ pro oC; NT pro NT; & ⓝ pro oN.

Porro Diphtongi etiam nonnullæ, Articuli, & aliquando Præpoſitiones ipſæ in nummis, & marmoribus a communi forma aliquantulum receſſere. Etenim quoad Diphtongos *omicron ypſilon*, & *epſilon jota* (quæ vulgo ita figurantur ου, ει) prima in nummis tertii ſæculi ſic effingitur ȣ, quæ forma a nono ſæculo in Manuſcriptis Codicibus poſtea frequens fuit: Altera vero in marmore Bibliothecæ Venetę S. Marci ponitur pro ῃ; ibi enim ſcribitur TEI BOYΛEI pro τῇ Βουλῇ. Ipſa autem diphtongus ει, per E ſimplex antiquitus exprimebatur, ut apparet in quadam baſi Statuę in Delo Inſula reperta, & alib.

Quoad Articulos verò; duo tantùm, quod noverim, mutationem in marmoribus ſortiti ſunt, nempe THΣ, & TΩN; qui ſic delineantur T̈ pro τῆς, T́, pro τῶν.

Denique ex Præpoſitionibus unam admodùm immutatam inveni, eamque in compoſitione. Hæc eſt præpoſitio. KATA', quæ in Columnis Farneſianis Cruce deſignatur + ⊗ONION, pro καταχθονίων, *Manium* ſcilicet Deorum.

CA-

CAPUT IV.

E Doctis jam græcas Literarum formas, quæ inter sese dissimillimæ adusque priora Augustorum, Cæsarumque tempora reperiuntur in monumentis, Lectoribus; non ingratum futurum arbitror, si ab illismet sæculis ad nostra ferme hæc per Inscriptiones, quæ nullis, quod noverim, typis editæ sunt, veluti per gradus deveniamus. Etsi autem prima, & altera nullam certam ætatis notam præseferant; nihilotamen minus, cum eandem in Literis mutationem sortitæ sint, ac illæ ipsæ, quæ primis Augustorum sæculis incisæ sunt, ad eadem sæcula referre illas meritò non dubitarim.

De aliquot Inscriptionibus nunc primum editis.

Prima Inscriptio duobus ab hinc annis eruta Tusculi est in senticeto vulgò *Macchia delle Sterpare* nuncupato, quod inter cęteras nobilium ędificiorum reliquias hanc exhibuit. Sic autem ad fidem apographi cujusdam delineabatur.

BACCOC ЄΓCѠN OΔЄ
KЄINOC ON ЄKTANЄ
ΔVCѠPOC ANHP

Quod sic vulgari more scribitur.

Βασσος ἐγὼν ὅδε κεῖνος ὃν ἔκτανε δύσωρος ἀνὴρ

Bassus ego ille ipse, quem occidit vir, qui jaceat intumulatus.

Ultimæ vocis ἀνὴρ nonnullæ litteræ aliquantulùm corrosæ erant, sed ita ut facillimè legi posset ἀνήρ.

Versus Hexameter est, & apprimè concinnus.

Quamquam non timuerim ego asserere, mutilam, mancamque esse Inscriptionem. Vtcunque sit, juxta

 for-

formas, quæ ab Auguſtorum, & Cæſarum temporibus frequentari cœptæ ſunt, Ε, Σ, & Ω ita hic depinguntur Є, C, ω.

Βάσσος. A ſecundo Chriſti ſęculo ad quintum, plures extitiſſe Baſſos, eoſque Conſulares viros in hiſtoriis compertum eſt: ſed offendi neminem ex iis, qui mortem obierit in Lapide relatam. Cæterum arbitrati ſunt aliqui, dictum Baſſum fuiſſe Philoſophum; nec defuit conjectura: Nam cum excavaretur ſenticetum illud, propè Tabulam Marmoream ſupra allatam caput ſaxeum inventum eſt, quod Philoſophi exiſtimatum. Hujus oculos indicium erat pretioſo marmore, ac tectorio intrinſecùs antea incruſtatos fuiſſe, ut naturales colores exhibere poſſent.

Δύσορος, *Intumulatus*. Erat hoc in more poſitum antiquorum, male precari nimirum iis, quos infenſo proſequebantur odio; ut ſepulchro carerent.

Hinc Ovidius *in Ibin*.

Ipſæ te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ;
Reſpuet inviſum juſta cadaver humus.

Etenim extinctum cadaver, linteoque incluſum cremabant Veteres; atque inde, qui ſupererant, cineres, reponebant in urna, quæ Græcè σορὸς dicitur. Ritus

Sæc.Chr.IV. hujuſmodi tempore Theodoſii Imp. jam penitus obſolevit. Videſis Kircmannum *de funer. Rom. l.* 1. *c.* 2.

Alteram Inſcriptionem erutam An. MDCCXXX. in Caſtello S. Viti ſub Præneſtina Diecœſi, ad fidem Marmoris ſecundùm germanam literarum formam repræſentamus, uti accepimus; ſic.

Θ K

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΚΖΜΥΡΝΗC ΒΡΟ
ΤΟΙΜ ΕΥΘΑΛΕΑΚΑΛΕΕCΚΟΝ
ΕΙΝΕΚ ΕΜΗC ωΡΗC ΚΑΙ ΜΕΓΕ
ΘΟΥC ΕΡΑΤΟΥ.
ΑΛΛΑΜΕ ΜΟΙΡΟΛΟΗΠΡΙΝ ΙΟΥΛ
ΟΙC ΠΛΗCΑΙ ΠΑΡΕΙΑC ΗΡΠΑCΕ
ΠΑΡΦΙΛΙωΝ ΟΥC ΤΡΟΦΕΑC ΕΚΑ
ΛΟΥΝ.

Ita autem vulgaribus typis exprimitur.

Θεοῖσ Καταχθονίοισ

Πατρίδος ἐκ Ζμύρνης βροτοίμ' εὐθαλέα καλέεσκον
Εἵνεκ' ἐμῆς ὥρης, καὶ μεγέθυς ἐρατοῦ.
Ἀλλάμε μοῖρ' ὀλοὴ πρὶν ἰούλοις πλῆσαι παρειὰς
Ἥρπασε παρ' φιλίων οὓς τροφέας ἐκάλουν.

Hoc eſt.

Diis Manibus.

Patria ex Smyrna Homines me Euthalea (ſeu Floridum) vocabant
Propter meam pulchritudinem, & majeſtatem amabilem:
Verum me fatum pernicioſum, priuſquam lanugine implerem genas,
Rapuit ab Amicis, quos nutritores vocabam.

Perfectum Epigramma referre videtur hæc Inſcrip.; licet nonnulla ſatis licenter in carmine uſurpata ſint. Folium (fortaſſe ad diſtinctionem) delineatur inter duo diſticha, quod in veteribus Inſcriptionibus frequentiſſimè obſervatur. Ad tertium verò, quartumve ſæcu-

 lum

lum referri impunè posse arbitramur ex characterum forma. In ea ponitur Ζμύρνης pro Σμύρνης, nimirùm Ζ pro Σ, quod & in aliis vocabulis fieri deprehendimus, ut συβίνη & ζυβίνη *venabulum*. Smyrna autem Civitas est maritima Joniæ, hodie primaria regionis, & sedes Satrapæ Turcarum, partim in monte, partim in planitie; a Tantalo primùm condita, deinde amplificata ab Amazonibus anno Mundi termillesimo ducentesimo tertio, vel a Theseo; patria Homeri ad Meletem fluvium illam ambientem. Dicta est a *Smyrne* Amazone. *Plin. l.5. c.29.*

Vel ab oscitantia exscribentis, vel ex vera marmoris figura Δ satis singularem formam ita Δ præsefert in hac Inscriptione.

Inscriptiones medii, & infimi ævi, cum & Imperii dignitas, & Literæ humaniores paulatim delaberentur, rudi manu effictas, litterasque Græcas cum Latinis passim in iis intermixtas cernimus. Exemplum sit in nummo Theophili Imperatoris, noni sæculi, in quo sic legitur. D. N. ΘЄΟΦΙΛΟS BASI. . . .

Hoc est.

Dominus Noster θεόφιλος Βασιλεὺς; ubi non modo characteres, sed etiam verba partim Græca, partim Latina sunt, significantque: *Dominus noster Theophilus Imperator*. Qui mos scribendi habetur etiam sæculo decimo in nummis Romani Imperatoris; & in aliis etiam legitur IhS XRISTUS bASIΛEVS bASILEON. *Jesus Christus Rex Regum*: uti refert D. Bernardus de Montfaucon *lib.* 11. *pag.* 177. *Palæographiæ*.

His

His ſubjungimus ſchema Crucis æneę, quam Eccleſiæ noſtri Monaſterii Roſarnenſis in Calabria in honorem Deiparæ Virginis Mariæ, quæ *Rubeti* dicitur, oblatam a pio quodam Conſtantino ex duobus, quibus inſcribitur, Jambis deprehendimus. Erat autem ita vetuſtate obſita, ut legentem plurimùm defatigarit. Inſcriptio ſic habet.



ΠΡΟCΗ:ΕΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΩΟCΕΙCΠΑΘΩΝΛΥCΙΝ

C ΟΙ ΤΗΠΑ ΝΑΓΝΩ ΜΗΤΡΙ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΛΟΓ8

Quæ literę vulgo ita ſcribuntur.

Σοὶ ἁγνῇ παναγνῷ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου

Προσῆξε Κωνσταντῖνος εἰς πλοίων λύσιν.

Hoc eſt.

Tibi puriſſimæ Matri Dei Verbi

Obtulit Conſtantinus in navium ſolutionem.

Hanc Inſcriptionem perhumaniter nobis tranſmiſit D. Nicolaus Oliverius ab Epiſtolis Reverendiſſimi Præfecti Generalis noſtri Ordinis D. Epiphanii Staviski.

Characteris autem forma, ut apparet, elegantiſſima eſt, & ſatis vetuſta; licet ad quod Sæculum pertineat Inſcriptio, non ita facilè determinari poſſit: Etenim ex hiſtoriis liquet plures diverſis temporibus extitiſſe Abbates in Calabria, Epiſcopos; quin etiam Imperatores alioſque illuſtres viros, qui Conſtantini nomine donati ſunt.

In ſuperliminari Portæ interioris (quæ Græcis ἀργυρῆ, καὶ μεγάλη *argentea, & magna*) Eccleſiæ Cryptoferratenſis ita delineata legitur hæc Inſcriptio cum ſpiritibus, & accentibus.

ΟΙΚΟΥ ΘΥ ΗΕΜΟΝΤΕϹΕΙϹΒΕΝΕΙΝ ΠΥΛΗΝ:

ΕΞω ΓΕΝΟΙϹΘΕ ΤΗϹ ΜΕΘΗϹ ΤωΝ ΦΡΟΝ ΤΙΔωΝ:

ΙΝΕΥΜΕΝωϹ ΕΥΡΟΙ ΤΕ ΤΟΝ ΚΡΙΤΗΝ ΕϹω:- ✠

Quæ

Quæ ita vulgari modo ſcribitur.

Οἴκου Θεοῦ μέλλοντες εἰσβένειν πύλην,
Ἔξω γένοισθε τῆς μέθης τῶν φροντίδων,
Ἵν' εὐμενῶς εὕροιτε τὸν Κριτὴν ἔσω.

Hoc eſt.

Domus Dei januam ingreſſuri
Extra deponite curarum ebrietatem,
Ut benignè Judicem intus inveniatis.

Tabulam hanc marmoream inciſam putamus, cum a Divo Bartholomæo IV. Abbate Monaſterii Cryptæferratæ in honorem Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ Templum conſtrueretur. Verſus Jambi ſunt, qui in marmore unam ſolummodo lineam obtinent, quod cum nimis incommodum nobis eſſet, in tres, uti vides, diviſimus. Characterum forma perpulchra eſt, & venuſta; ac ſingularis inter alias eſt forma τοῦ M, quę ſic depingitur |⌣|; & B, ſic B.

Sæc. XI.

In ea communi exarandi lapſu ponitur εἰσβένειν pro εἰσβαίνειν.

Sequitur Inſcriptio altera, de qua ita Romanus Vaſſallius noſter in Notis quibuſdam Manuſcriptis. *Tabula marmorea, quæ in Eccleſia S. Mariæ Cryptæferratæ ad Campanile aſſervatur parieti infixa, ubi nomina, & ordines tredecim Abbatum a Fundatore B. Nilo ad Nicolaum hujus authorem numerantur, a noſtratibus Monachis eſt ibi repoſita, & a loco ubi eſt fons* Piſcari (*vulgò* del Peſchio *in territorio Velitrarum*) *tranſlata, vocabaturque ibi a vulgo* (*ut ex annoſis Perſonis deſumpſi*) Petra Salomonis, *habebaturque magna cum devotione*. Ita autem depingitur.

✠ ЄΚΟΙΜΗΘΗΝ · Ο ΑΓΙΟϹ ΝΗΛΟϹ · ЄΤΟϹ ϚΦΙΓ ·
ΠΑΥΛΟϹ · Β · ΗΓΟΥΜЄΝΟϹ · ΚΥΡΙΛΛΟϹ · Γ · Δ · Ο ΑΓΙ
ΟϹ ΒΑΡΘΟΛΟΜЄΟϹ · Є · ΛЄΟΝΤΙΟϹ · Ϛ ΑΡϹЄΝΙ
ΟϹ Ζ ΛΟΥΚΑϹ · Η ΘЄΟΔΩϹΙΟϹ · Θ ΙΩΝΑϹ · Ι ΝΙ
ΚΟΛΑΟϹ · ΙΑ ΝΙΛΟϹ · ΙΒ ΘЄΟΔΩΡΙΤΟϹ · ΠΑΡЄΛΑΒΟΝ
ΤΗΝ ΗΓΟΥΜЄΝΙΑΝ ЄΓΩ ΝΙΚΟΛΑΟϹ ΤΟ ΠΑΙΔΙΝ ΤΗϹ
ΚΡΥΠΤΟΦЄΡΑϹ ΚΑΙ ΤΟΥ ΡΟΥΦΡΑΝΟΥ · ЄΤΟϹ ϚΧΜ ·
ΙΝΔ Ι ✠

Quod ita legitur.

Ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Νήλος. ἔτος ϛφιγ΄. Παῦλος. β΄. ἡγούμενος. Κύριλλος γ΄. δ΄. ὁ ἅγιος Βαρθολομέος. ε΄. Λεόντιος. ϛ΄. Ἀρσένιος. ζ΄. Λουκᾶς. η΄. Θεοδώσιος. θ΄. Ἰωνᾶς. ι΄. Νικόλαος. ια΄. Νίλος. ιβ΄. Θεοδώριτος. παρέλαβον τὴν ἡγουμενίαν ἐγὼ Νικόλαος τὸ παιδὶν τῆς Κρυπτοφερᾶς, καὶ τοῦ Ρουφράνου. ἔτος ϛχμ. ἰνδικτιῶνα ι.

Hoc eſt.

Obdormivit S. *Nilus* anno 6513. *Paulus* II. Hegumenus. *Cyrillus* III. IV. S. *Bartholomæus*. V. *Leontius*. VI. *Arſenius*. VII. *Lucas*. VIII. *Theodoſius*. IX. *Jonas*. X. *Nicolaus*. XI. *Nilus*. XII. *Theodoretus*. Accepi Hegumeniam ego *Nicolaus* alumnus Cryptoferratæ, & Rufrani anno 6640. Indictione X.

In hac Inſcriptione duabus formis Δ immutatur ſic ⊳, Δ, quarum prima vel nota numerica eſt, vel compendiaria vocis Ἰέλαρτος. Ypſilon quadratum ſic ⊔ ſculpitur; & φ ſic Φ.

I. Ὁ ἅγιος Νεῖλος. *S. Nilus*: nempe Junior magnæ Sanctitatis Vir, Roſſani nobili Calabriæ Urbe natus eſt, & Deo duce Tuſculanum appulit anno 1004., ubi inchoatâ Monaſterii fundatione quievit anno Chriſti 1005. ætatis ſuæ 95. annum agens. S. Bartholomæus in ejus Vita hæc habet: *Prima luce uſque ad tertiam velociter, politèque ſcribebat literarum forma utens minuta, & denſa, ut ſingulis diebus quaternionem impleret.* In marmore depravatè ponitur Νήλος.

II. Παῦλος, *Paulus*. In effigie quadam antiqua noſtri Monaſterii de eo ſic legitur: *Sanctus Paulus ſecundus Hegumenus hujus Cœnobii a Sancto Nilo in* ἡγουμενίαν *ſuffectus hìc requieſcit.*

Et in Vita S. Nili hæc de eodem: *Convocatis ad ſe fratribus, qui ſecum erant, unà cum Hegumeno Paulo, cui præfecturam commiſerat ante multos dies, Viro & prudentia, & ætate, & exercitatione vitæ Monaſticæ, & Philoſophiæ ſtudiis antiquo.* De Codice ab eo ſcripto vide infra Caput VI.

III. Κύριλλος, *Cyrillus*. De hoc nihil huc uſque certi invenimus, niſi quòd *Sancti* nomine decoretur: Nec mirum; tempore enim peſtis, quæ anno Chriſti 1656. in Tuſculo graſſabatur, multorum monumentorum jacturam fecimus.

IV. Βαρθολομαῖος, *Bartholomæus*. Junior hic Roſſanenſis

nensis, socius S. Nili, ejusdemq; vitæ descriptor magnam Ecclesiam extruxit Cryptoferratensem sub initium sæculi undecimi. De ipso hæc leguntur in ejus Actis: *Literarum citò, & pereleganter exarandarum artem homo per omnia mirabiliter, excellenterque callebat, exercebatque indefessè. Sed & proprio multa scribebat ingenio: cuncta tam emendatè, ut nullam usquam vel in talibus morosi, ac delicati fastidii censores reprehendendi sibi dari ansam faterentur.* Τυπικὸν, seu *Ordinarium* dedit Monachis Cryptoferratensibus; ex quo, Deo juvante, dabitur quamprimùm Lexicon Græco-Barbarum, ritus Græcos, plurimaque complectens ad Historiam Cryptæferratæ pertinentia. Obiit tertio Idus Novembris, anno circiter millesimo sexagesimo quinto, ætatis suæ octogesimum annum agens. In marmore ponitur per errorem Βαρθολομέος.

V. Λεόντιος, *Leontius*. Mortuus est insigni cum opinione Sanctitatis, duodecimo Kalendas Januarii, annò Christi millesimo septuagesimo septimo.

VI. Αρσένιος, *Arsenius*. In Præfectura suffectus est eodem anno, quo Leontius obiit.

VII. Λουκᾶς, *Lucas*. Sub Icone antiqua, quæ adhuc in nostro Cœnobio servatur, ita legitur: *Sanctus Lucas septimus Pimenarches hujus Asceterii hic requiescit.*

Floruit eadem ætate, qua S. Bartholomæus IV. Abbas, cujus brevi, planoque stylo vitam descripsit, quò faciliùs in mensa Monachis legi posset, variosque cum composuisset in honorem ejusdem Sancti Canones, quievit in pace anno Christi circiter millesimo octogesimo primo.

VIII. Θεοδόσιος, *Theodosius*. In Inscriptione per lapsum exaratur Θεοδώσιος.

IX. Ιωνᾶς, *Jonas*. De hoc nihil reperimus.

X. Νικόλαος, *Nicolaus*. Legatione functus est nomine Urbani II. Pontificis Maximi apud Alexium Imperatorem Constantinopolitanum anno millesimo nonagesimo septimo.

XI. Νεῖλος, *Nilus*. In marmore malè scribitur Νίλος. Hic Præfecturâ se abdicans magnam nominis sui memoriam reliquit, exitu notabili vitam concludens quarto Nonas Novembris anno millesimo centesimo trigesimo sexto.

XII. Θεοδώρητος, *Theodoretus*. Tabula convenit cum Mss. in quibus legitur Θεοδώριτος, *Theodoritus*.

XIII. Νικόλαος, *Nicolaus*. Hic Inscriptionem posuit in quadam Aula, quam ipse construxerat: Legitur enim in dextero ejusdem marmoris latere versiculus hic, satis cæteroquin inconditus.

Construit hanc Aulam Nicolaus terdecimus Abbas.

Reliquam Abbatum Cryptoferratensium seriem prosequitur Reverendissimus P. D. Jacobus Sciommari in Notis ad Vitam S. Bartholomæi Junioris *pag.* 112., *&* *sequentibus*.

I. Τὸ παιδὶν, *Alumnus*: Ita enim interpretandam duximus vocem Græco-barbaram.

II. Κρυπτοφερρᾶς, *Cryptæ Ferratæ*: (celebris quondam Villa Ciceronis fuit, *Tusculanum* appellata) ubi cum in Cryptam noctu se recepissent SS. PP. Nilus, & Bartholomæus Roscianenses, a B. Virgine aureo pomo po-

nati

nati sunt, in cujus singularis beneficii monumentum, Icone ejusdem Deiparę ab ipsis SS. Patribus Crypta illa insignita fuit, clathro ferreo inaurato in defensionem apposito. Hinc S. Maria *Cryptæ Ferratæ*, & *Crypta Ferrata*. De veriori tamen hujus nominis etymo hęc habemus ex antiqua membrana: *Crypta Ferrata*, ita dicitur, *ex aliquibus Cryptis ibi existentibus, quarum portæ olim ferreis antennis, seu cratibus occludebantur*. Arbitrati sunt nonnulli, in eo superiori loco, ubi adhuc cujusdam ędificii existunt ruinę, quę vulgò *Scuole di Cicerone* vocitantur, ędes habuisse Tullium, ibi autem Villam, ubi nunc Crypta Ferrata: idque ex his ejusdem Tullii verbis *in Orat. pro Domo sua* probari existimant: *Cum Domus mihi in Palatio, Villa in Tusculano altera ad alterum Consulem transferebatur*. Sed falsi deprehenduntur: *Palatium* quippe Montem Palatinum unum ex septem collibus Urbis Romæ significare satis constat.

III. Ρουφράνου, *Rufrani*; Castellum quoddam est in Basilicata (antiquitùs Lucania dictâ) in quo adhuc superest antiqua Ecclesia, quæ vulgò etiam nunc dicitur *la Madonna di Grotta Ferrata*.

Illius itaque dominium olim erat penes Abbatem Monasterii Cryptæ Ferratæ; ejusque Hegumeniam, accepisse se Nicolaus testatur anno Mundi 6640. hoc est Christi millesimo centesimo trigesimo secundo.

ΛΟΥΣΑΣΘΕ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΟΙ
ΓΙΝΕΣΘΕ

Α. Φ. Ϛ. Ζ.

Hęc brevis Nota, quę ultima erit hujus capitis, ſculpta cernitur in vaſe quodam marmoreo Cœnobii Cryptofer. ex quo per duplex epiſtomium aqua Crabra defluit. Ea autem poſita eſt ſub Odoardo Farneſio Cardinali ampliſſimo, & munificentiſſimo, qui poſt obitum Alexandri Farneſii an. 1589. uſque ad annum mortis ſuæ 1626. Cryptam Ferratam, ut Abbas Commendatarius IX. ſplendidiſſimè rexit; in cujus rei memoriam in dextero, ſiniſtroque marmoris latere Lilia inciſa ſunt. Inſcriptio ſic habet vulgari ſcribendi modo,

Λούσασθε, καὶ καθαροὶ γίνεσθε.

Α Φ Ϛ Ζ.

Ideſt.

Lavamini, & mundi eſtote. (Iſaiæ 1. v. 16.) *an.* 1597.

Porrò forma characterum in Lapide priſca eſt, & uſitata, ſi excipias duplices formas τοῦ θ. quæ cum cruce in medio, in correctionem τοῦ. T, circumductâ lineâ effictas ferè dixerim. Ultimæ etiam duæ notæ numerales ſunt valde novatæ figuræ, & ipſæ forſan per errorem ità exaratæ.

CA-

CAPUT V.

USus Uncialium Literarum antiquiſſimus eſt. De eo Hieronymus mentionem facit in Præfatione libri Job -- *Habeant*, inquiens, *qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro, argentoque deſcriptis, vel Uncialibus, ut vulgò ajunt, literis onera magis exarata, quàm Codices* -- De vocis autem origine plures afferuntur ſententiæ, ex quibus unam ſeligo, ut potè veriſimiliorem, quæ ſic habet. „ Corpus omne, res omnis (optimè ait Budœus *lib. de aſſe* 1.) in aſſem dividi ſolebat,qui deinde in duodecim partes,ſive uncias dividebatur. Ita pes, menſurę genus,cùm pro aſſe habebatur,duodecim, quibus conſtabat,pollices, duodecim unciarum loco erant. Ita cùm Alphabetum, quod viginti quatuor literas apud Græcos continet, tanquam As quidam ſpectabatur, ac in duodecim partes dividebatur,ſeù uncias;ſequebatur quamlibet literam ſemunciæ tantum rationem habuiſſe: Unde factum eſt,ut,quæ literę communibus altero tanto majores erant, jam non ſemunciales, ut reliquæ, ſed unciales ob inſignem illam magnitudinem dicerentur. „ Ut ut verò ſit de prima vocis origine, unciales literas hodierno uſu dicimus eas in vetuſtis Codicibus, quæ priſcam formam ſervant, ac ſolutæ ſunt, nec mutuò colligantur. Hujuſmodi Literæ unciales obſervantur in Libris omnibus ad nonum uſque ſæculum. Nono quippe ſæculo finem fecerunt Græci uncialibus literis ſcribendi; ita ut ne unum quidem Codicem viderim, aut alicubi extare compererim uncia-

De Unciali Charactere.

Ber. Montf.

uncialibus literis deſcriptum, qui poſt nonum ſæculum exaratus fuerit: exceptis tamen Libris Chori, & Eccleſiæ uſui deputatis, qui X., atque XI., ac fortè poſterioribus ſæculis, uncialibus, & paulò majoribus literis ad faciliùs legendum, additis etiam notis ad cantum, deſcripti ſunt. Ex his autem poſterioribus nullum hactenus inſpexi, aut alicubi eſſe didici, qui poſt undecimum ſęculum exaratus eſſet „. Hęc D. Bernardus de Montfaucon Vir hac in re eruditiſſimus; quibus addit, unciales literas, quarum uſus poſt nonum ſęculum obſolevit, ſępe poſtea uſurpatas etiàm fuiſſe pro titulis Librorum, Capitum, & Articulorum.

Characteres igitur unciales rotundi ſunt in literis Є, Θ, O, C, Φ, ω; quadrati autem in literis H, M, N, Π.

Illud quoque compertum eſt, uncialium literarum formam eamdem prorſus eſſe, ac in Marmoribus quarti, quintive ſęculi, exceptis A, & Ξ. Prima enim litera in nullis planè Codicibus Græcis manuſcriptis ſic picta A occurrit, ſed ita ſemper ſcribitur λ. Excipiendi forſan ſunt Codices illi, qui à decimo quinto ſęculo in Europa ſcripti ſunt à Calligraphis Græcis, qui in Occidentales partes receptum habuerunt.

Ξ verò ita delineatum nuſpiam occurrit in Codicibus, ſed in vetuſtioribus exemplaribus ita ſcribitur ʒ, ʓ, vel Ƶ. Cæteræ ſub Imperio Romano invectę formę, in Libris vetuſtiſſimis ſemper uſurpantur, nimirùm Є pro E, C pro Σ, ω pro Ω. In reliquis literis parum vel nihil diſcriminis intercedit; ſed ſi quid interſit

ſit varietatis, id ex diverſitate manuum ut plurimùm evenire creditur.

Sed jam ad ſpecimina veniamus.

Primum ſpecimen ſcriptionis quadratæ, & rotundæ profertur ex Codice (*a*) Colbertino ſignat. *num.* 3084. quo vetuſtior nullus ex iis, qui noti ſunt, eſſe putatur; eſtque formâ penitùs quadratâ, ſine accentibus (uti accidit in aliis Codicibus benè multis) & ſine interpunctione; ut ex ſubjecto ſpecimine vides.

ΤΑΤΟΝΛΙΒΑΝΟΝΑΥΤΗΣ
ΚΑΡΠΩΜΑΤΩΚΩ
ΓΔΕΘΣΦΧ

Hæc porrò deſumpta: ex Levitico *cap.* 2. *verſu* 16. vulgari charactere ſic ſcribenda ſunt:

Καὶ πάντα τὸ λίβανον αὐτῆς κάρπωμα τῷ Κυρίῳ·

Et omne incenſum ejus oblatio Domino.

Codici Bibliothecæ Colbertinæ in Gallia adnectimus Cæſareum vetuſtiſſimum, qui membranaceus, purpureus, penè quadratus, aureis, & argenteis literis majuſculis, ante annos (ut opinatur Lambecius in Bibliotheca Cæſarea *lib.* 3. *p.* 2.) mille trecentos exaratus eſt. Itaque en ſpecimen laudati Codicis.

F Quæ

(*a*) Bibliotheca Colbertina, poſt illam Regis Galliæ, inter præſtantiſſimas locum habet: Codices Græcos pene mille aſſervat, & quidem vetuſtiſſimos.

ϏΕΔΩΚΕΝΑΥ ΤΩΔΕΚΑΤΗΝ
ΑΠΟΠΑΝΤΩΝ

ΒΓΘΙΛΜΞΡϹΧΨ

Quæ vulgaribus typis ſic habent, ex Geneſ. *cap.* 14
Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δεκάτην ἀπὸ πάντων.
Et dedit ei decimam de omnibus.

Sexti ſęculi characteris ſpecimen ſit ex vetuſtiſſimo Dioſcoridis Codice membranaceo Bibliothecæ (*a*) Cæſareæ, qui ineunte ſexto ſæculo juſſu Julianæ Auguſtæ deſcriptus eſt, cum picturis variis, & ipſius Julianæ Auguſtæ imagine.

ΑΡΞ ΩΜΕ
ΘΑΤ ΟΙΝΥΝΑΚΟΛΟΥ
ΘΩϹΑΠΟΤΟΥ
ΑΛΦΑ
ΒΔΖΧ

Verba allata decerpſi ex titulo Codicis intrà coronam

(*a*) Bibliotheca Cæſarea Ms. græcis magno numero inſtructa eſt, quorum fuſiſſimam deſcriptionem Petrus Lambecius adornavit. Summa omnium eſt 621.

nam lauream inauratam majuſculis literis aureis exarato, atque ita leguntur.

Ἀρξώμεθα τοίνυν ἀκολούθως ἀπὸ τοῦ ἄλφα. Hoc eſt: *Incipiamus autem conſequenter à litera Alpha*.

Sequitur ſpecimen ex Codice Sangermanenſi ſeptimi circiter ſęculi, qui continet Epiſtolas S. Pauli, membranâ ſatis densâ, parumque politâ, cujus ſingulæ paginæ duplici columna conſtant, quarum prior Græcum fontem exhibet, altera Latinam verſionem. Nos autem dicti Codicis, qui exiſtit apud RR. PP. Benedictinos (*a*) Congregationis S. Mauri, ſolummodo textum Græcum afferimus. Hoc circiter tempus, quo deſcriptus eſt Liber iſte, accentus, & ſpiritus adſcribi cœperunt.

ΟΤΙΗΠΙCΤΙC ΥΜΩ͂ΝΚΑΤΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ
ΕΝ ὍΛΩ ΤΩ͂ ΚΌCΜΩ·
ΒΔΖΟΡΦΧΨ

Sic autem vulgari caractere ſcribitur.

Ὅτι ἡ πίςις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Hoc eſt: *Quia fides veſtra annunciatur in univerſo Mundo*. Ex Epiſt. ad Rom. *cap.* 1. *verſu* 8.

Ex Pſalterio Murbacenſi ſeptimo circiter ſęculo Latina manu, & charactere unciali deſcripto, eruditionis causâ afferimus Catalogum Literarum Græcarum cum Alpha-

(*a*) Bibliotheca Monaſterii S. Germani à Pratis Benedictinorum multos Codices pervetuſtos habet, inter quos pauci Græci ſunt, ſed vetuſtiſſimi, & pretioſi.

Alphabeto eâ characterum formâ, quâ Liber descriptus est; juxtà apographum Montfauconii *lib.*3. *p.*222.

Καταλογος γραμματων ελληνων.

Catalogus Literarum Græcarum.

Quatuor his nunc versiculis perpende, Magister,
Tres in Personis, unum in Deitate potentem.

ⲁ ALPHA Patrem signat, quod … caput esse videtur.
B BETA Patris genitum ęterna ratione figurat.
Γ GAMMA simul certè depingit πνευμα beatum.
Δ DELTA trium Personarum communicat agmen.
Є Eleemon mundi custos miseratur & Orbis.
ȝ Ζωη anthropis justis concesserat almam.
H HTA quidem vitas socias tres jungit, & aptat.
Θ ΘETA gerit signum mœstis, quo vita triumphat.
I JOTA judex Christe legis qui conditor extat.
K KAPPA bis denos sibi vendicat arte Pelasga.
λ …….. pecudem summis gestare probatur.
M MY cosmo horrendum cataclysmum fudit avito.
N NY summam annorum Jubilœi format amati.
ȝ XI gradum viduę moderatur ritu creandum.
O O'υρανὸς cęli determinat orbe figuram.
…………… *Reliqui versus desiderantur: quos olim sic fueram prosecutus.*
Π ΠI designat Aman famosam ex arbore pœnam.
P RHO monstrat Triadi ingratas abs Gente hecatombas.
C SIGMA notat magnis construĉtum implexibus anguem.
T TAU sedes angui pro vita à Mose paratur.

Υ YPSI-

Υ YPSILON æthereo cornutum lumine Mosen.
Φ PHI an divisum mortalibus exhibet orbem?
Χ CHI Protocleti demonstrat mortis agonem.
Ψ PSI ψιθύρισμα refert subiti è pulsamine fontis.
Ω OMEGA Deus est finis, rerumque creator.

Hactenùs literas propemodum quadratas, & rotundas vidimus in exemplaribus græcis. Deinceps autem oblongiores, & strictiores habentur in Codicibus octavi, nonique sęculi. Et sanè alii Codices minus a quadrata illa prisca, & rotunda Characterum forma deflexerunt; sed literas habent reclinatas, & quasi propendentes, ut in nostro manuscripto (*a*) Bibliothecæ Romanæ animadverti, qui etiam puncta crassiora, & figuram penitùs quadratam exhibet. In eo autem Codice in membranis elegantissimè descripto, & Vitam ac opera S. Dionysii Areopagitæ continente, ξ ita exaratur Ƶ. Ubi hoc etiam observes, in Codicibus prædicti ævi literas θ, & δ sic depingi θ, Δ, rarosque esse, maximè in δ, qui ab hac norma discedant.

Postremò sequuntur Codices decimi, & undecimi sęculi, qui ad usum Chori, Liturgiæ, publicæque Ecclesiasticæ functionis, unciali quoque charactere exarati sunt: quibus addimus libros illos æquævos, atque etiam recentioris ætatis, qui in unoquoque Capite brevem quidem recensionem habent rei, de qua ibi agitur, sed eleganti

(*a*) Bibliotheca Basiliana Romæ Codices Græcos 163. complectitur omnes ferme in membranis, & vetustissimos, inter quos optimæ notæ est Contacium quoddam, quod vulgari modo *rotulus* vocitatur.

charactere unciali descriptam. Hujusmodi est codex ille membranaceus Cryptoferratensis (*a*) continens opera S. Maximi Monachi, & Confessoris, cujus singulæ paginæ duplici constant columnâ, ac plerumque notis minuto elegantissimoque unciali charactere scriptis refertæ sunt. Est autem exaratus anno 992. à *Neophyto* Calligrapho, ut existimat D. Bernardus de Montfaucon, ut verò visum est cuidam ex nostris, & sane magno rationis momento, à *Luca* Hegumeno Monasterii S. Zachariæ; cui profectò opinionum diversitati dat ansam ipsum Mnemosynon initio Codicis affixum. Sed afferamus ex hocce libro excerptum Alphabetum, quod tale est.

ΑΒΓΔΕΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠ
ΡϹΤΥΦΧΨΩ

Huic Codici subjungo alium pariter Cryptoferratensem undecimo circiter sęculo, ut puto, exaratum à Petro Galligrapho, qui duas continet acoluthias, primam eorum, qui *Schema monasticum* sunt recepturi, alteram *Defunctorum*. In ea autem libri parte, quæ unciali charactere venustè prædita est, μ sic semper pingitur Ꙍ, non adeo parum ab usitata forma diversum; ℨ verò sic ʒ: in reliquis ab unciali charactere noni, decimive sęculi non discrepat.

Illud præterea hòc loco est advertendum, in codicibus

(*a*) Bibliotheca Monasterii Cryptæ Ferratæ plurimos olim, & vetustissimos habebat Codices; nunc autem perpaucos, & a nono sęculo scriptos ad usum Chori ferè omnes: Placuit enim Summis PP. Xisto V. & Paulo V. in Vaticanam plures, deinde verò Urbano VIII. nonnullos in Barberinam deportari.

bus ſcilicet unciali charactere deſcriptis quaſdam haberi abbreviationes, lectu tamen faciles, & paucas, ut cernere eſt in ſubjectis exemplis. K, καὶ in Codice Dioſcoridis ſuperiùs laudato, & in quadam Inſcrip. Cretenſi. ΘC, Θεὸς; KC, κύριος; ΑΝΟC, ἄνθρωπος; ΦΙΛΑΝΟC, ΟΥΝΟC, φιλάνθρωπος, οὐρανὸς; ΠΗΡ, ΠΡC, ΠΡΙ, ΠΡΑ, ΠΡΕC, πατὴρ, πατρὸς, πατρὶ, πατέρα, πατέρες: & ſimiliter ΜΗΡ, ΜΡC, μήτηρ, μητρός. Item in vetuſtiſſimis Codicibus charactere unciali oblongo, ac deflexo exaratis abbreviationes, quæ ad octavum, vel nonum ſęculum pertinent, paſſim obſervantur, ut IC pro Ἰησοῦς, XC pro χριστὸς, Iω pro Ἰωάννης, ΥC pro υἱὸς, & in caſibus obliquis ΥΥ pro υἱοῦ: in dativo autem Θῷ, θεῷ; Kῳ, Κυρίῳ, &c. Pariter CPIOC, CPIA, σωτήριος, σωτηρία; Θ'κος, θεοτόκος, *Deipara*, lineolâ ſemper ſuperpoſitâ: ubi notandum eſt, N per lineolam ſuperimpoſitam non infrequenter expreſſum eſſe in iiſdem Codicibus, ut TH̄, τὴν; ΨΥΧH̄, ψυχὴν; ΛΟΓŌ, λόγον, maximè autem in fine linearum.



C A-

CAPUT VI.

De Charactere Ligato.

OCtavo, vel nono Christi sæculo, literas colligandi, unoque ductu binas, ternas, vel plures exarandi consuetudo invecta fuit. Superioribus siquidem sęculis (uti jam dictum est) character uncialis, & solutus quàm maximè erat in usu apud Græcos. Istæc vero literarum colligatio ex Tachygraphis sive Notariis ad Calligraphos emanasse prorsus videtur; qui, licèt Tachygraphorum ductus priscæ inventionis essent, (jam inde ab Origenis tempore receptà Tachygraphiâ) nihilominus nonnisi serò hunc morem adoptarunt.

Cum igitur pristina illa scribendi ratio, ob plures disjunctosque calami ductus, & consequenter innumeras penè in scribendo morulas, satis superque defatigasset, ut ita dicam, Calligraphos; levandi laboris, & expeditioris operæ inducendæ causâ, ii exemplo Tachygraphorum cùm literas uno ductu scribere, tùm easdem cum præcedentibus, & subsequentibus copulare cœperunt, eo modo, quo jam diximus.

A, In libris unciali charactere descriptis duplici ductu sic depingebatur λ: in recentioribus verò unico ductu α exaratur; ita ut etiam cum præcedenti, & subsequenti litera jungatur, ut in καὶ, quæ vox uno nec intermisso calami motu scribitur.

B, Duplici saltem calami ductu antea scriptum, sic uno depingitur ϐ, & β, & aliquando cum præcedenti litera continuatur; imò etiam frequentissimè ita u, ut per

per caudam infimam cum ſequenti litera ferè ſemper copuletur.

Γ, frequenter ſervatâ priſcâ formâ cum ſequenti litera continuatur: vel ſic ſcriptum γ cum antecedenti, & ſequenti per bina cornua jungitur.

Δ, à nono ſæculo ſcriptum ſic occurrit Δ, & per infimum angulum ſequenti copulatur; vel uno ductu ſic frequentiùs δ, & per lineam reductam cum ſequenti litera plerumque continuatur, idque innumeris penè modis.

E, triplici ſaltem ductu antea exaratum in Codicibus unciali charactere ſcriptis, & alibi; ævo poſteriori quatuor ſaltem formas habet ε, Є Ɛ Ƹ. Prior forma cum antecedenti litera ſæpe conjungitur, vt in πε: ſecunda per mediam lineam cum ſequenti: tertia per mediam item lineam utrinque copulatur: quarta ſupernè ſemper ſcribitur, & cum ſequenti litera continuatur, ſed longè diverſis modis.

Z, ſic mutatur ζ, & ζ: prior forma interdum ab initio copulatur cum præcedenti, altera ſecùs; utraque autem raró cum poſteriori litera jungitur.

H, triplici ductu olim ſcriptum, ſic uno exaratur η; quæ forma utrinque, ſed non ita frequenter, continuatur: alia item ejus forma inducta eſt ᾗ, quæ utrinque copulatur, ut in τlω: & hæc alia minuſcula н, quę cum antecedenti connectitur.

Θ, hac duplici figurâ delineatur θ, & ϑ: prima forma per mediam lineam præcedenti, & ſequenti literæ jungitur; altera item, & frequentiſſimè, præcipuè verò cum præcedenti poſt σ, ut in σϑα, σϑαι, &c. Forma

G autem

autem poſtrema in Tachygraphorum Actis, antequam ligatus character in libris uſurparetur, adhibita fuit; habetur enim in Epiſtola Copronymi: ſed in libris nono, ac ineunte decimo ſęculo charactere ligato ſcriptis non hæc obſervatur, ſed ſemper prior illa θ.

I, cum antecedenti litera ſæpiſſimè copulatur ſupernè, cum ſequenti rariùs.

K, triplici, vel ſaltem duplici intermiſſo calami ductu olim ſcriptum, uno exaratur ſic κ, & cum præcedenti, ac ſequenti litera jungitur, vel ſic ϗ, & per inferiorem extremam lineam ſæpe jungitur cum ſequenti; per priorem item aliquando cum præcedenti, & hæc forma ab nono ſæculo apparet in Libris.

Λ, ſic duplici ductu ſcribitur, unico ſic λ, & per priorem lineam cum præcedenti litera continuatur; vel ab altera parte hoc modo λ cum ſequenti; ſic autem ſcriptum λ per poſteriorem cum ſequenti. In hac item litera nonnunquam ductus ſingulares occurrunt.

M, ſic ſcriptum μ per lineolas infimas utrinque ſæpe copulatur; ſic autem delineatum μ per poſteriorem ſæpe cum ſequenti linea jungitur, aliquando item cum præcedenti per priorem.

N, Sic ν, & ſic ν per primam lineam jungitur interdum; vel etiam in fine ductûs ſic continuatur τῶ.

Ξ, Itâ ſcriptum ξ ſupernè continuatur interdum cum præcedenti litera.

O, Retentâ eâdem formâ copulatur cum præcedenti ſic γο, δο, ϱο, &c.

Π. Se-

Π, Secundùm has formas π, ϖ, cum præcedenti & ſequenti litera jungitur.

Ρ, Sic effictum copulatur cum præcedenti, & reducta lineolâ cum conſequenti ſic ϱα, ϱι &c.

Σ, vel ſic C, ſcribitur rariùs uno ductu; frequentiùs verò ſic σ, & cum ſequenti jungitur.

Τ, Per lineam ſuperiorem utrimque jungitur: ſcribitur etiam ϒ, & tunc a medio cum præcedenti ſic copulatur πϒ. Aliæ ſingulariores hujus literæ formæ aliquando occurrunt in Codicibus.

Υ, Sic υ ſcriptum cum præcedenti jungitur, ut in ταυ; cum ſequenti item continuatur ſic υω, δυ.

Φ, Ab ima linea cum ſequenti continuatur; a ſuprema item, ſed rariùs, jungitur.

Χ, Per utrumque ſupremum cornu ex utraque parte copulatur.

Ψ, Per transverſam lineam rectam aliquando hęc forma ψ utrinque conjungitur.

Ω, Sic exaratum ω rarò cum ſequenti continuatur, ſæpiùs cum præcedenti litera jungitur. Sic autem ſcriptum ∞ cum præcedenti interdum continuatur, cum ſequenti litera rariſſimè.

Tandem obſervandum eſt, literas non modò binas, aut ternas, ſed etiam quaternas, quinas, ſenas, imò plures plerumque uno ductu deſcribi. Quin etiam perſæpe priorem vocem cum poſteriore, vel integra, vel cum ſyllaba ejus tantùm, copulari, in ſubjectis ſpeciminibus, versâ paginâ, animadvertas.

I.

[illegible]

II.

[illegible] Θεοδώρῳ [illegible]

Εἰ [illegible]

III.

[illegible]

I. Primum ſpecimen ab eximio Regis Galliarum (*a*) Codice prodit, in quo continentur Clementis Alexandrini *Admonitio ad Græcos*, & *Pædagogi libri tres*: Juſtini Martyris *Epiſtola ad Zenam*, & *Serenum*; ejuſdem *Admo-*

(*a*) Bibliotheca Regis Galliarum numero, elegantiâ, & præſtantiâ Codicum Mss. celeberrima eſt: Græcos autem ad duo penè millia habet variæ manûs, & ætatis.

Admonitio ad Græcos: Euſebii Pamphili *Præparationis Evangelicæ libri quinque*: Athenagoræ Philoſophi *legatio pro Chriſtianis*: ejuſdem *de Reſurrectione*: Euſebii Pamphili *contra Philoſtratum*, & *Hieroclem*; quorum ſingulorum Operum, ſeu Librorum in fine titulus reperitur. Codex ſcriptus eſt manu Baanis, qui fuit Notarius Aretæ Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, anno Mundi 6422. ideſt Chriſti 914.

In marginibus paſſim ſcholia habentur, partim charactere unciali deſcripta, partim ligato, & currenti. Notis marginalibus Calligraphorum quædam de ſuo plerumque adiicit Scholiaſtes: ſic fol. 63. ὡραῖον δι᾽ ὅλου, hoc eſt *locus elegans per totum*; & hæ litteræ ad perpendiculum poſitæ, toti loco eleganter ſcripto reſpondent. In fine ejuſdem Libri folia duo integra unciali charactere deſcripſit Baanes. Exemplum autem hujus Codicis allatum ex Libro primo *Pedagogi* Clementis Alexandrini, ſic vulgaribus typis editur.

Τούτων ἤδη προδιηνυσμένων, ἑπόμενον ἂν εἴη, τὸν παιδαγωγὸν ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν βίον ἡμῖν τὸν ἀληθινὸν ὑποτυπώσασθαι, καὶ τὸν ἐν Χριστῷ παιδαγωγῆσαι ἄνθρωπον.

Hoc eſt.

His jàm peractis, conſequens fuerit, ut pædagogus noſter Jeſus vitam nobis veram deſignet, & eum, qui in Chriſto eſt, hominem more pædagogi inſtituat.

II. Secundum ſpecimen excerptum eſt ex Codice noſtro Cryptoferratenſi membranaceo, quem S. Paulus, poſt D. Nilum hujus Cœnobii primus Abbas, charactere admodùm ligato & minuto, multiſque notis compen-

diariis referto deſcripſit. In eo autem continentur Sancti Iſidori Peluſiotæ *Epiſtolæ* in duos libros diſtributæ, in quorum ſecundo, per notam compendiariam, quam in ſpecimine vides, & per numerum in margine poſitum indicantur ſic α, β, γ, δ, ε. &c. Notæ Calligraphorum in margine annotantur; videlicet σημ. pro σημείωσαι, & aliæ. Epiſtola, quam attulimus ex Libro ſecundo, ſic vulgari formâ ſcribitur.

Ἐπιστολὴ, σοθʹ. Θεοδώρῳ σχολαστικῷ.

Εἰ εὐγνωμόνως, καὶ νουνεχῶς ἐντυχεῖν ἐθελήσειας ταῖς θείαις γραφαῖς, οὐ πρὸς τὸν ἔρωτα τῆς θείας φιλοσοφίας ὁρμήσεις μόνον· ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τῶν δογμάτων τὴν ἐπιθυμίαν, ἀφ' ἧς ἡ οὐρανῷ πολιτεία πρέπουσα ἔχει τὴν ὑπόθεσιν.

Ideſt.

Epiſtola 279. Theodoro Scholaſtico.

Si cordatè, & prudenter in divinis ſcripturis verſari volueris, non ſolùm ad amorem Divinæ Sapientiæ omni impetu ferri debes; verùm etiam ad ipſam dogmatum cupiditatem, à qua Cœlo digna, atque conveniens vivendi ratio tamquàm fundamento exſurgit.

Codex hic noſter annum, & Calligraphi nomen in fine præfert his verbis:

Μνήσθητι Κύριε Ἰησοῦ τῷ γράψαντι Παύλῳ, χαριζόμενος αὐτῷ ὑπομονὴν καὶ ταπείνωσιν, δι' ὧν τῷ σῷ ἐλέει σωθῆναι δυνήσεται εὐχαῖς τῷ ἐπιτρέψαντι πατρὶ κυρίῳ Νείλῳ· καὶ τοῖς ἀναγνῶναι μέλλουσιν ἐν τῇδε τῇ θεοπνεύστῳ βίβλῳ, ἀμήν· ἥτις πεπλήρωται ἐν ςυγδʹ. ἔτει, μηνὶ Νοεμβρίῳ, κζʹ. ςʹ. τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ.

Hoc

Hoc eſt.

Memento, Domine Jeſu, Pauli, qui ſcripſit, elargiens ipſi patientiam, & humilitatem, quibus per miſericordiam tuam nanciſci ſalutem poterit; precibus Patris Domini Nili, qui hæc ſcribere juſſit, & eorum, qui hunc librum afflante Deo ſcriptum, lecturi ſunt; amen. Is abſolutus eſt anno 6494. menſis Novembris 27., ferià Hebdomadis ſextà.

Itaque Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 986. Etenim Græci, juxta æram propriam, communem ducunt annum à Creatione Mundi, atque annos ante Chriſtum natum numerant 5508. (quibus proinde demptis à S. Pauli nota, annus Chriſti 986. exſurget). Res tota in quodam Codice Græco vernaculo acephalo Bibliothecæ Cryptoferratenſis ita explicatur. περὶ τοῦ εὑρίσκης τὸ μικρὸν ἔτος· ὅστις δὲν ἐνθυμᾶται τὸ ἔτος τὸ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, καὶ θέλει νὰ τὸ εὕρη, ἀσκάμη ἔτζη. ἀσβάλη τὰ ψυφία τὸ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἕως εἰς τὸν χρόνον, ὅπου περιπατεῖ, καὶ ἀσβάλη ἀπ' αὐτὰ πέντε χιλιάδες πεντακόσια, καὶ ὀκτώ· καὶ ἐκεῖνο, ὅπου θέλει, μείνη, ἐκεῖνο εἶναι τὸ ἔτος τὸ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ.

Ideſt.

Pro inveniendo parvo anno: Quicumque annum à Chriſti Nativitate ſcire meditatur, ac vult invenire, hoc pacto ſe gerat. Ad calculum reducat annum ab Orbe condito uſque ad tempus, in quo verſatur, atque ab illo ſubtrahat quinque mille, quingentos, & octo; & annus, qui ſupererit, ille erit à Chriſti Nativitate.

III. Specimen eſt ex Codice Regio 1892. bombyci-

bycino, Sæculi XIII. qui accuratiſſimè deſcriptam exhibet Catenam in Prophetas majores, & minores. Minores quidem in principio cùm Commentariis Theodoreti, & Heſychii; deinde Majores cùm Commentariis variorum Patrum habentur. Hujus exemplum adferimus ex Commentariis, qui vario litterarum genere cum compendiariis notis deſcripti ſunt. Ubi obſervandum eſt, multos Calligraphos, qui Commentarios, ſive in Scripturam ſacram, ſive in aliud quodvis Opus perſcriberent, duplici ſcribendi formâ, eâque admodùm diversâ, uſos eſſe: alterâ videlicet pro contextu, alterâ pro Commentariis, vel ſcholiis. Nam etiam poſtquàm Calligraphi Tachygraphorum formas adoptarunt, diſtinctio tamen Calligraphos inter, & Tachygraphos ad hunc uſque diem manſit; ita ut Calligraphi quidem ii ſint, qui pulchro quodam, eleganti, & rotundo, ſed ligato tamen charactere ſcribunt; Tachygraphi autem ii, qui notis compendiariis multis, ductibuſque ſingularibus, atque expeditiori manu ſcripturam abſolvunt.

Specimen autem vulgaribus formis ſic legitur.

Γνώσονται ἐγγὺς γενόμενοι τὸν ἀληθῆ Θεόν· οὗ μέγα δεῖγμα τῆς θεότητος τὸ προφητεῦσαι ταῦτα διὰ τῶν ἐμῶν προφητῶν, καὶ τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀπαγγεῖλαι ταῦτα εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. ΕΥΣΕΒΙΟΥ·

Propiùs enim accedentes verum Deum cognoſcent: cujus Deitatis id magnum argumentum eſt, quòd per Prophetas ſuos hæc vaticinetur, & quòd ab initio hæc annuntiaverit ad aures noſtras. EUSEBII.

Hæc de Characteribus ligatis uſque ad XIII. Chriſti

ſti Sæculum: Reliqua, quæ in Codicibus cùm ſuperiorum ætatum, tùm ſequentium obſervatu digna ſunt, juxtà noſtrum inſtitutum hìc perſtringimus: Varias autem formas, quas illis temporibus ſortitæ ſunt litteræ, non omittemus, ſed ſequenti capite alphabetico dabimus ordine. Hæc itaque ſunt advertenda.

I. A nono ad XII. uſque ſæculum non ita variæ characterum, & ductuum formæ à Calligraphis invectæ ſunt; ſed XII. ac ſequentibus ſæculis diverſa admodum ſcripturæ genera obſervantur in Codicibus Græcis, ita ut à priſca elegantia longè receſſum ſit. Verum quidem eſt, Calligraphos quoſdam veterem IX., ac X. ſæculi formam retinere conatos eſſe, ab illa tamen deflexiſſe peritiores autumant; quoniam uſus diuturnior ſemper quid importat novi.

II. Non rarò in Codicibus IX., & X. ſæculi accentus, & ſpiritus negliguntur, & plerumque priſcâ depinguntur formâ, quod tamen rariùs fit in Libris poſterioris ævi. Sed de accentibus cap. XI. redibit ſermo.

III. Ab XI. ſæculo (quod noverim) ſolent Calligraphi apponere in ſuis Libris quamdam Tabulam quadratam litterariam, ubi aliquis verſus plerumque Jambus nomen vel Scribæ, vel Heri Codicis referens, pluſquam centiès repetitur, idque litteris miro artificio ordinatis, quarum lectio ſemper à littera, quæ in centro Tabulæ poſita eſt, initur.

IV. Eodem ferè ſęculo nonnulli apparent Codices charactere Græco-Ægyptiaco inſigniti. Triplex autem dici poteſt character ille, nimirùm Græcus communis,

quo alii omnes Græci proprii variis ætatibus ſcripſerunt: Copticus, quo a multis jàm ſæculis Ægyptii, ii verò maximè, qui ſuperiorem Ægyptum incolunt, proprio quidem ſermone Ægyptiaco, ſed Græco charactere ſcribere ſolent: Demum Græcus character, quo Ægyptii proprii à Græcorum cònſortio alieni Græcè ſcribunt, ſed formâ litterarum diversâ, & peregrinitatis notam præferente. Etenim à Ptolemæorum temporibus, ut putatur, Ægyptii miſſis formis priſtinis, Alphabetum Græcum adoptarunt: Et quia 24. Græcæ litteræ ad omnia linguæ ſuę vocabula non ſatis erant, 8. præterea litteras adjunxerunt, ita ut 32. in Alphabeto Coptico numerentur. Hæc innuiſſe ſit ſatis: Formas autem dictarum litterarum videre est apud Athanaſium Kirkerum.

V. Sæculis XII. XIII. & XIV. Codices membranacei, in quibus ea plerumque continebantur, quæ ad veterem Hiſtoriam, ad humaniores litteras &c. pertinebant, miſeram paſſi ſunt peſtem: Librarii enim ne flocci quidem illos per ignorantiam habentes, nullo negotio deletâ ab iiſdem vetuſtiore ſcripturâ, nova & parvi momenti in illis ſuperſcripſerunt.

VI. Græci Scriptores, ut furum manus à Codicibus ſuis avertant, ſolent SS. Patrum Conc. Niceni I., itemque SS. Apoſtolorum maledictionem iis imprecari, his ferme verbis: Ε῎ι τις δὲ βουληθῇ ἆραι τοῦτον κρυφίως ἢ καὶ φανερῶς, ἕξει τὰς ἆρας τῶν, ιβʹ. ἀποστόλων, καὶ κατάραν εὕρῃ κακίστην πάντων μοναχῶν: *Si quis autem auſus fuerit hunc (Codicem) clam, vel palam auferre, maledictionem duodecim Apoſtolorum incurrat peſſimam: item omnium Monachorum maledictionem inveniat.*

VII.

VII. Scribę, & Librarii (quos olim appellabant Græci γραμματέας, longè verò poſt καλλιγράφους, διὰ τὸ εἰς κάλλος γράφειν, *ob elegantiam ſcribendi*) notas, & ſubſcriptiones ad calcem Librorum ſubiiciunt frequentiſſimè, quibus annum, & tempus ſæpenumero, itemque nomina ſuorum Præſidum, & ſua (non autem cognomina, quæ non niſi poſt Sæculum X. ſunt excogitata, ut oſtendit P. Mabillonius *de re Diplomat. lib.* 2.) vel etiam geſta quædam inſignia ſuorum temporum indicant. Nominibus verò propriis Librarii bene multi lineolam conſultò adſcribunt, ut ea diſtinguant ab aliis vocibus, quæ pluribus dederunt errandi occaſionem: prout Nannio accidit, qui in verſione Athanaſii, πίστον, nomen proprium Epiſcopi Arriani, qui *Piſtus* vocabatur, *fidum* vertit. Apud eoſdem Scribas in uſu ſemper poſitum eſt, vocibus, quæ mendoſè irrepſerant, puncta modò supernè, modò infernè, modò utrobique adpingere.



CAPUT VII.

DE VARIIS LITERARUM FORMIS QUÆ IN CODICIBUS CONSPICIUNTUR.

PLures Codicum literas, eaſque diverſas huc uſque retulimus; plures tamen & prætermiſimus hoc in loco commodius dicturi. Hæ autem ſecundùm alphabeticum ordinem ſunt,

ꝺ α ꝗ ω ÷

Prima habetur in Gloſſario Græco-latino Bibliothecæ S. Mariæ Laudunenſis, quæ vetuſtiſſimis Codicibus referta eſt. Eſt autem gloſſarium iſtud in charta membranacea nono ſæculo conſcriptum, cujus literæ græcæ unciales ſunt: ibique A initiale ita pictum ter obſervatur, quamvis in aliis antiquis Codicibus nunquam occurrat, niſi forſan in iis, qui a XV. ſæculo in Europa ſcripti ſunt. Secunda in Libris a nono ſæculo paſſim. Tertia in aliquot exemplaribus decimi ſæculi. Quarta in Codicibus noni & decimi ſæculi, & frequenter in celebri libro Cryptoferratenſi Evangelia continente, pulcherrimiſque aureis literis exornato, qui codex decimo ſæculo, ut exiſtimo, exaratus eſt, notaturque *lit.*C. *num.*8. Poſtrema in multis codicibus a decimo ſæculo.

Б B B B ꞵ ꞵ B

Prima apparet in Codice Colbertino ſeptimi, vel octavi ſæculi: Secunda in altero Codice ejuſdem circiter ævi; Tertia in manuſcripto Laudonenſi; Quarta in Codice altero Colbertino octavi vel noni ſæculi; reliquæ quatuor formæ in Codicibus paſſim à nono ſæculo.

γ ſ V

Primæ duæ formæ a nono ſæculo vulgaris usûs fuere: Tertia, quæ rara admodum videtur, occurrit in Codice jam memorato S. Pauli.

Primæ tres ſcriptæ ſunt in Codice Ms. ſeptimi circiter ſæculi (*a*) Bibliothecæ Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononienſis: verùm dictæ literæ, utpote à latino, & peregrino Librario exaratæ, peregrinum olent; & in aliquot exemplaribus latinâ item manu exaratis non abſimiles deprehenduntur. Quarta, & quinta à nono ſæculo vulgaris ſunt usûs.

ε G

Prima in libris a decimo ſæculo; Secunda in Codicibus noni & ſequentium ſæculorum, reperitur.

Prima habetur in antiquiſſimis Codicibus; Secunda, & tertia pariter antiqui eſt uſus: reliquæ vulgares ſunt à decimo ſęculo.

h n

Ambæ vulgaris ſunt usûs.

Θ θ

Prima habetur in præſtantiſſimo Cryptoſ. Hirmolario a Theophylacto Calligrapho anno 1232. deſcripto cum notis ad cantum: Secunda, quæ rarioris eſt usûs, in Codice ejuſdem Bibliothecæ *lit.* C. *n.* 9. ſignato in ea parte,

(*a*) Bibliotheca iſthæc Codices Græcos circiter triginta habet.

te, ubi Liturgia S. Joannis Chryſoſtomi recentiori manu ſcripta eſt.

K K ɔc

Prima forma à ſeptimo ſęculo uſurpata fuit, & tantillum differt à communi K: aliæ duæ in Codicibus à nono, & decimo ſęculo non infrequenter.

ɟ ŀ ʃ

Prima nono ſęculo in libros advecta eſt, ut per tranſverſam lineam cum pręcedenti litera continuaretur: ſecunda verò, ut per tranſverſam ab altero latere lineam cum ſequenti litera copularetur, ut cernere eſt in Codicibus noni decimique ſæculi: tertia eſt in Codice Cryptoſ. *lit.* A *num.* 17. Evangelia continente, & undecimo ſęculo, ut arbitror, ſcripto.

ᴜ ᴜ ᴍ μ μ

Prima eſt in libris unciali charactere ſcriptis, & in vetuſtis marmoribus: Secunda in Codice Lactantii Bononienſi, de quo ſupra: Tertia eſt inter unciales literas ſeptimi, octavi, & noni ſęculi: Quarta vulgaris uſûs a nono ſęculo; ultima legitur in Codicibus Cryptoſ. ſignatis *lit.* C. *num.* 6. *lit.* B. *num.* 13. & *lit.* C. *num.* 8.; qui omnes Evangelia continent: primus duplici columna conſtat, & deſunt illi nonnulla folia in principio, ſcriptuſque eſt undecimo, vel duodecimo ſęculo: ſecundus autem in ſuperiori parte primę paginæ habet hanc notam ὦ Χριϛὲ βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Συμεὼν ἱερομονάχῳ; unde dignoſcimus illius

Scri-

Scriptorem: tertius venuſtis literis aureis prędítus eſt, & duo decimo ſęculo, ut puto, exaratus.

Ν ρ ν υ Η

Prima habetur in Gloſſario Laudunenſi; tres ſequ entes a nono ſęculo vulgares ſunt; ultima non rarò in C odice perinſigni Cryptoſ. in recenſione Capitum Evangelii ſecundùm Matthęum (continet enim Evangelia): ubi prope finem legitur: τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον ἐξεδόθη ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ μετὰ χρόνους ὀκτὼ τῆς τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀναλήψεως· ἔχει δὲ τίτλους, ξη´. καὶ κεφάλαια, τνέ. Hoc eſt: *S. Evangelium ſecundùm Matthæum editum fuit ab ipſo in Hieruſalem poſt annos octo Aſſumptionis Chriſti & Dei noſtri. Habet autem titulos 68. & Capita 355.* Scriptus eſt dictus Codex ab Hieromonacho Athanaſio anno Domini 1197. notaturque *lit.*C. *num.*10.

Ʒ ξ Ʒ ʒ ζ

Prima occurrit in antiquiſſimis Libris charactere unciali quadrato, & rotundo ſcriptis: ſecunda paſſim a nono ſęculo: tertia in aliquot Codicibus noni ſęculi: quarta ejuſdem circiter ęvi: quinta in Codice ſupralaudato S. Pauli Abbatis.

O o

Prima oblonga in Codicibus octavi, & noni ſęculi: poſtrema vulgaris eſt.

π ϖ

Ambę à nono ſęculo vulgares ſunt in Codicibus.

ϱ ϱ ϱ

Omnes usûs vulgaris ſunt.

C c σ ζ

Prima in Libris quadrato, & rotundo unciali charactere deſcriptis ad uſquè ſeptimum, vel octavum ſęculum unica deprehenditur, nimirùm ad figuram C Latini: Secunda in Codice RR. PP. Jeſuitarum (*a*) Collegii Ludovici Magni pręſtantiſſimo, qui octavo circiter ſęculo unciali charactere ſcriptus eſt, atque adeo oblongo, ut ejus ſuperficies duo penè quadrata complectatur. Membranę ejus tenuiſſimę, ac quibuſdam in locis pellucidę ſunt; in quibus habentur Prophetę cum lectionibus veterum Interpretum ad marginem. Eadem littera habetur in Libris octavi, & noni ſęculi, qui uncialibus, & oblongis litteris deſcripti ſunt. Duę poſtremę frequentiſſimè obſervantur à nono ſęculo ad hoc uſque; & hę ſunt vulgares formę.

ℸ τ Τ

Prima à nono ſæculo uſurpatur: altera autem non niſi magnitudine differt ab hac Τ, quæ priſca eſt, vulgariſque forma: tertia in nobili quodam Euchologio habetur, quo Patres Concilii Florentini uſi ſunt, quodque ab Eminentiſſimo Beſſarione dono datum fuit Monaſterio Cry-

(*a*) Bibliotheca laudata Codicibus Mss. benè multis exornatur, in iis Græci habentur numero circiter 360., plerique recentes ſunt, ſed aliquot tamen antiquiſſimi, & optimæ notæ.

Cryptof. Codex iſte membranaceus ſcriptus eſt, ut opinor, ſæc. XII., notaturque *lit.* C. *num.* 20.

γυrυ

Prima conſpicitur in libris ſexto, ſeptimo, octavo, & nono ſæculo unciali charactere ſcriptis: Secunda, & tertia à nono ſæculo frequenter adhibitæ ſunt; ultima occurrit in Codice membranaceo Cryptof. ſignato *lit.* A. *num.* 35., & undecimi forſan ſæculi ſcripturam præferente: continet autem Opuſcula quædam S. Ephræm Syri.

φ φ φ

Omnes a nono ſæculo uſurpantur paſſim.

X

Semper ferè eadem obſervatur.

† ⸸

Prima habetur in Mss. unciali charactere inſignitis octavi, & noni ſæculi, altera vulgaris eſt a nono ſæculo.

ω ꝏ

Prima in Mss. cujuſvis ætatis, altera in Codice Bibliothecæ Cryptof, qui *Anaſtaſima*, hoc eſt hymnos ad Chriſti reſurrectionem pertinentes, continet. Porrò Codex ſcriptus videtur duodecimo ſæculo, mutilus eſt, & membranaceus, ut alii, quos indidem in hac opella recenſui.

Alias recentiorum characterum figuras proferre ſupervacaneum duximus: Eæ ſiquidem infinitæ propè ſunt, & quiſquis vetuſtiors ſcripturæ non omnino imperitus facilè ipſe per ſe recentiores literas a priſcis diſtinguere poteſt.

Hæc tanta litterarum varietas a ſæc. XIV. orta eſt.

CAPUT VIII.

DE VARIA GRÆCORUM SCRIPTIONE, ET LITERIS FIGURATIS.

MOs eſt Græcis Calligraphis ad titulos Capitum, & Articulorum ſcribendos, maximèque ad præcipuas Librorum inſcriptiones, itemque ad notas marginales breviores, ad grandiuſculas denique Litteras adhibere ſæpenumero minium, ſive rubrum, purpureumque colorem: Qui mos perantiquus eſt, ut colligitur ex Ovidio *lib*. 1. *Triſtium*. *eleg*. 1.


Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Et ex Dione, qui *lib*. 40. aſſerit, nomina Imperatorum in vexillis inſcribi φοινικοῖς γράμμασι *puniceis* nempè, *purpureiſque literis*.

Equidem purpureus ille color apud Græcos κιννάβαρι, *Cinnabari*, dicitur; conficiebaturque ex cocto murice, & trito conchilio, vel ex ipſo muricis ſanguine; cujus confectionis auctor fuit quidam Callias Athenienſis.

Verùm Græci Scriptores Bibliothecæ Cryptoferratenſis, nec non alii, in Litteris præſertim initialibus exarandis frequentiſſimè uſi ſunt, præter minium, colore ſæpe cæruleo, ſæpe etiam flavo. Paſſim etiam in excribendis Evangeliis aurum nitidiſſimum cùm colore cæruleo uſurparunt. Quæ litteræ cùm in diverſis Codicibus variâ, pulchrâque formâ præditæ conſpiciantur, non inutile duxi, ex venuſtioribus unum conficere Alphabetum, hicque ſubiicere. Priùs tamen accipe modum formandi aureas litteras ex Codice Galliarum Regis apud D. Bernardum de Montfaucon notato n. 3178. in quo occurrit Opuſculum græco-barbarè ita inſcriptum ut ſequitur.

περὶ




A


B


Γ


H


Θ


I




N


Ξ


O



Σ


T


T



Υ


Φ




Δ



E


Z


K


Λ


M


Π


P



T


T


T

X


Ψ


Ω

περὶ Χρυσογραμμίας.

Τρίψον βόλον ὥσπερ κυναβάρην· ἔπειτα ἔπαρον τοῦ ὠοῦ τὸ λευκὸν, καὶ θὲς εἰς ἀγγεῖον· καὶ βάλον ὕδωρ, τάραξον καλῶς, καὶ διαφρυσον, ὡς ὅτε να ἐβγῆ ὁ ἀφρὸς ὅλος· ἔπειτα βαλὼν ἀπὸ τοῦ ὕδωρ τοῦ ὠοῦ, καὶ μίξον μεστὸν βόλον· εἶθ' οὕτως θὲς ὅπου χρείζεις, καὶ ἀφ' ὅτου ξηρανθῆ, θὲς πάλιν ἐπάνω εἰς τὸν βόλον ἀπὸ τοῦ ὠοῦ τὸ λοιπὸν· καὶ θέτε τὸν ἀέρα τὸν χρυσὸν· καὶ ἀφότης ξηρανθῆ, ἐπάνω τρίβε καὶ στιλίβονε μετὰ παρακόνην.

De aurea Scriptione.

Contere bolum quaſi cinnabarin: deinde ſume candidum ovi, & in vaſe depone: immitte aquam, & valde commiſce, ſpumam eiice, ita ut tota exeat. Poſtea ex ovi aqua partem iniice, & commiſce cum toto bolo. Deinceps pone ubi opus eſt tibi. Cum autem exſiccatus fuerit, pone rursùm in bolo reliquam partem ovi, & expone aurum in aere; & cum exſiccatum fuerit, cum cote politum, & fulgidum redde.

De atramento, quod a Græcis μέλαν, & μελάνιον dicitur, videre eſt Plinium *lib.* 35. *c.* 6., & Petrum Mariam Caneparium de atramentis ex profeſſo agentem. Jam verò accipe Alphabetum promiſſum, & conſule ſequentes notas.

Alpha desumpsimus ex Codice *lit* A.*num.* 15. signato Evangelia continente, in cujus calce legitur hoc mnemosynon:

Τετελείωται σὺν Θεῷ τὸ ἐκλογάδιον τοῦ εὐαγγελίου τούτου διὰ χειρὸς Κυριακοῦ πρεσβυτέρου τλήμονος τοῦ καλογήρου ἐν ἔτει, ϛυϛθʹ. ἰνδικτιῶνος, Δʹ. μηνὶ ἰουνίῳ εἰς τὴν, ιβʹ.

ἀπὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτη ἐννεακόσια ἐνονήκοντα ἐν ⋀ ϛά.

Hoc est.

Absolutas est Deo adjuvante collectio Evangelii hujus manu Cyriaci Presbyteri miseri Monachi anno sexmillesimo quadringentesimo nonagesimo nono, indictione quarta, mense Junio, die duodecima.

Ab Incarnatione verò Domini Nostri Jesu Christi anno nongentesimo nonagesimo primo.

B. Z. H. I. Λ. N. Υ. Φ. Ω.

Omnes excerpsimus ex celebri Codice notato *lit.* C. *n.* 1. ab Joanne Rhoso Cretensi exarato, qui ab anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto ad usque finem decimi quinti sæculi descripsit innumeros penè Codices, qui nunc in multis Europæ Bibliothecis asservantur.

Γ. Ξ. Σ.

Ex Codice signato *literà* C. *numero* 3., qui quamplurima continet *Idiomela* Quadragesimæ, & Pentecostes.

Δ. E.

Ex Menæo Januarii notato *lit.*A. *num.*5. propè finem sequens adnotatio legitur.

Ἐλε-

Ἐτελειώθη αὕτη ἡ δέλτος ἐν ἔτει, ϛχι΄. ἰνδ. έ. μηνὶ Δεκεμβρίῳ, λα΄. ὥρα, γ΄. ἐγράφη δὲ ἐν ἡμέραις τοῦ ὁσιωτάτου καθηγουμένου Νικολάου κατ᾽ ἐπιταγὴν αὐτοῦ ἐν τῇ εὐαγεστάτῃ μονῇ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς ἐπιλεγομένης κρυπταφεῤῥάτα διὰ χειρὸς τοῦ ἁμαρτωλοῦ Σωφρονίου, καὶ εὐτελοῦς ἱερομονάζοντος.

Hoc eſt.

Abſolutus eſt hic Liber anno ſexmilleſimo ſexcenteſimo decimo, indictione quinta, menſe Decembri, (die) trigeſima prima, hora tertia. Scriptus eſt autem diebus ſanctiſſimi Præfecti Nicolai, juſſu ejuſdem in ſacratiſſima Manſione Sanctiſſimæ Deiparæ cognomento Cryptaferrata manu peccatoris Sophronii, & vilis hieromonachi.

Scriptus eſt itaque Codex juxta græcanicum computum [de quo vide cap. VI. f. ſſ.] anno Chriſti 1102.

Θ. O.

Ex præſtantiſſimo Codice *lit.* C. *num.* 7. notato, pulcherrimiſque aureis Literis referto deſumpſimus. In calce ejuſdem habetur hæc nota:

Ego Johs Sanctus de bechalva donavi huc ecclìe ſce Marie Cripteferrate ob devocionem glorioſe Virg. Marie.

K. & Π.

Sunt Codicis *lit.* C. *num.* 5. ſignati & mnemoſynum hoc habentis.

Ἐγράφη τὸ παρὸν ψαλτήριον διὰ χειρὸς ἱερομονάχου Νήφωνος σηκελοῦ κράτους · βαθείας δὲ μονῆς · μοναχοῦ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου τοῦ ἐλαφηκοῦ ἐν ἔτει, ϛωλζ΄. τῆς ἰνδικτιῶνος, ιβ΄. Hoc eſt.

Scriptum fuit præſens Pſalterium manu Niphonis hieromo-

romonachi Siculi Regni, profundæ autem Mansionis Monachi Sancti Patris Nostri Nicolai Elapheci anno sexmillesimo octingentesimo trigesimo septimo, Indictione duodec.

M. X.

Prodeunt ex Typico S.Bartholomæi quarti Abbatis Monasterii Cryptæferratæ, quod exscriptum fuit ex autographo fortasse ejusdem Patris, anno ab Orbe condito sexmillesimo octingentesimo octavo; Christi vero millesimo trecentesimo, indictione decima tertia, ut palàm fit in prima ipsius Codicis pagina.

P. Ψ.

Ex Codice *lit.* C. *num.* 2. notato, in quo non longè ab initio legitur.

Ὦ Χριστὲ βοήθησον τὸν σὸν δοῦλον Παγκράτιον ἱερομόναχον ἐκκλησιάρχην τῆς περιβλέπτου μονῆς κρυπτοφέῤῥης τὸν κτισάμενον τὴν βίβλον ταύτην· ἐμοὶ δὲ τῷ γράψαντι Συμεῶνι δώρησαι Σωτὴρ λύσιν ἀμπλακημάτων·

Hoc est:

O Christe auxiliare famulo tuo Pancratio hieromonacho Ecclesiarchæ conspicuæ Mansionis Cryptæferratæ, qui condidit Librum hunc; mihi autem, qui scripsi Symeoni, concede Soter (Salvator) peccatorum absolutionem.

Τοῦ τοῦ quinque formas, quòd pulcherrimæ sint, retulimus. Prima est ejusdem Codicis, ex quo Θ, & O; reliquas verò ex Codice *lit.* A. *num.* 15. signato, & anno nongentesimo nonagesimo primo scripto, decerpsimus; uti vides in Nota Scriptoris ad explicationem τοῦ A appositâ. Itaque postremæ illæ figuræ exprimunt quatuor Evangelistas, qui juxta communem Sanctorum Patrum, & Do-

& Doctorum ſententiam in viſis ab Jezeciele animalibus prænotantur. Et ſanè harum prima per *hominem* Matthæum repræſentat, utpote qui humanitatis opera deſcribit; ſecunda per *leonem* S. Marcum, quia incipit à rugitu S. Joannis Baptiſtæ; tertia per *bovem* S. Lucam, quia incipit à Sacerdotio Zachariæ; quarta denique per *aquilam* S. Joannem, quia canit Deitatem Chriſti.

Cęterùm hujuſmodi Litteræ prægrandes Calligraphorum arbitratu confictæ, ab octavo ſæculo in manuſcriptis Gręcis initio Operum, Librorum, & Capitum obſervantur. Aliquandò etiam dum Litteras hujuſmodi delineant Calligraphi, figuras ad rem, de qua agitur, ſpectantes, ut poſſunt, effingunt, uti vides in allatis quatuor formis ꝉoꝺ ꝉαꝺ, & aliis. Nec illud prętereundum, uſurpare videlicet Gręcos Librarios picturas integras, & imagines, tum etiam Proſopopœjas, quibus res ab Auctoribus deſcriptas nativis coloribus repręſentant. Sic in Codice Regis Chriſtianiſſimi 1878. membranaceo pereleganti X. Sęc. ubi *Catena SS.PP. in Pſalmos, & Cantica Scripturæ, fol.* 2. Mulier manum Davidi contra Leonem pugnanti porrigens, virili inceſſu, nudis brachiis, & tibiis, crinibus vittâ rubrâ redimitis, inſcribitur ἰσχὺς *Fortitudo* (frequenter enim figuris hujuſmodi nomen ipſum adiicitur) qui ritus ad hanc uſque diem in uſu eſt apud Græcos Scriptores Cryptoferratenſes.

CAPUT IX.

De Notis compendiariis Græcorum.

NOtas Compendiarias Gręci Calligraphi a nono sęculo summopere frequentant. Hic autem pręcipuas tantùm nos recensebimus, ut quę legenti facilius remoram facere solent.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
1. Δ̄ λ Λ̄	1.	1.	1.	1.	1. Τελ·
2.	2.	2.	2.	2.	2.
3.	3.	3.	3. y	3.	3.
4. μ	4. μ	4.	4. μ	4.	4.
5. μ	5. Noτ	5. σ	5. μτ	5. ʒ	5.
6. Γρ	6	6	6. H	6.	6.
7. Γρ μυ	7. ON.Ⓝ	7.	7.	7.	7.
8. παυ)	8. μ	8.	8.	8.	8. ⊕
9.	9. π	9. G· s·	9.	9.	9.
10. φ	10.	10.	10.	10.	10.
11.	11.	11. ss	11.	11.	11.

I. In priore columna, prima illa nota compendiaria significat Δαβὶδ: & observa, Script. antiquos hanc vocem

cem, ſicubi integram efferant, Δαυὶδ per υ, non autem per β, ut Græci recentiores, ſcribere. 2. Ad plura ſignificanda adhibita eſt: indicat enim χρυσὸν, item χρόνος, atque etiam χρυσόστομος, idque per omnes caſus. Antiquitus in marmoribus, & nummis pro Χριστῷ, *Chriſto* ſignificando ponebatur; in manuſcriptis verò raro invenitur, ſed illius loco χς', χδ, χῷ, χν', per omnes caſus. Præterea hæc nota ex voluntate cujuſque ad aliquid notandum ponitur in margine; legiturque χρήσιμον. 3. Λουκᾶν. 4. Μάρκον. 5. Ματθαῖον: quę nomina breviata exprimuntur in Codicibus Bibliothecę Cryptoferratenſis *lit.*C.*n.*7. & *lit.*I. *num.* 10. ſignatis. Ἰωάννης verò ſic breviatur ιω. 6. Γρηγόριος: intellige de Nazianzeno, quoties nota illa compendiaria ſola ſcribitur. Etenim pro Gregorio Nyſſeno indicando adiicitur νυ, ut in 7. pro quo etiam interdùm νυ tantùm ponitur. S. Gregorium Magnum vocant Græci Γρηγόριον Διάλογον, *Gregorium Dialogum*, nempe Dialogorum auctorem; quia ejus Dialogi jamdiù Græcè verſi, in Græciamque aſportati, apud Græcos pręſertim Aſceticos in pretio habentur. 8. Παῦλα. 9. πάπας. 10. ὡραῖον, ut plurimùm, quâ notâ in marginibus librorum utuntur Calligraphi, ut eleganti loco Lectorem attendere moneant: In Codice autem antiquiſſimo, ac celeberrimo Bibliotheces Barberinę adnot. *num.* V. *fol.* 225., & ſeqq. paſſim in marginibus hæ notæ [symbol], & [symbol] [symbol] Ὠριγένης, *Origenis* nomen certò certiùs exprimunt. 11. αὐτοῦ, quæ reperitur in Codice paulò ante indicato.

II. Columnæ nota 1. exprimit φάσχα, quæ vox in

computis Ecclesiasticis Græcorum passim pro πάσχα sumitur: quoniam (ut inquit Damascenus) sic Hebræi pronunciabant; inde usus manavit ad Græcos. 2. μοναχὸς. 3. λόγος. 4. μνήμη. 5. νοτάριος. 6. λαὸν. 7. ὄνομα. 8. μονῆς. 9. πόλις. 10. χάριν. 11. ὁμοῦ.

III. Columnæ nota 1. indicat ἄρα, eaque frequenter occurrit in Cod. 2433. Regis Galliarum bombycino XI. sęc. 2. παρὰ, vel ut plerique volunt περὶ. 3. ὑπὲρ. 4. (quę est syllaba finalis uti reliquæ) ponitur pro αις. 5. pro αν. 6. pro εν. 7. pro ες. 8. pro ᾶν. 9. pro ης. 10. pro εα. 11 pro εις.

IV. Col. nota 1. significat ιν. 2. ὀν. 3. οὺς. 4. μενην. 5. ματων. 6. νιος. 7. νῶν. 8. νης. 9. ις. 10. & 11. ως.

V. Columnæ notæ sunt omnes marginales, quæ passim in Codicibus, aliisque libris occurrunt. 1. significat σημείωσαι, quod signum (ex Codice Basiliano) ponitur in locis, ubi quid singulare, & inexspectatum occurrit, sive secundùm doctrinam, sive secundùm historiam, sive quod Lectori sit adnotandum. 2. & 3. ἄγκυρα (ex Isidoro) superior ponitur, ubi aliqua res magni momenti est; inferior, ubi aliquid vilissimè, aut inconvenienter dictum est. 4. & 5. κορωνὶς, nota in fine librorum appingi solita. 6. ἄλογον, eaque ad mendas adhibetur. 7. λαβύρινθος, in locis obscuris apponi solebat. 8. ἡλιακόν. Τοῦτο δὲ σημεῖον τέτακται ἐν οἷς χωρίοις περὶ θεολογίας ὁ πατὴρ διαλέγεται, διὰ δὲ ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τὸν Θεὸν ὀνομάζεσθαι. *Hoc signum solare ponitur in locis, ubi Pater de Theologia disserit, quia in diversis scripturis Deus sol justitiæ vocatur.* 9. θεοτοκίον, ponitur in hymnis Ecclesiasticis, ubi de Deipara habetur ser-

ſermo. 10. κεραύνιον ponitur, quotiès multi verſus improbantur, nec tamen ſinguli obelantur; κεραυνὸς enim Iſidoro fulmen dicitur. 11. κρυφία, circuli pars inferior cum puncto ponitur in iis locis, ubi quæſtio dubia, & obſcura aperiri, vel ſolvi non poteſt, ait idem Iſidorus.

VI. Columnæ nota 1. ſignificat ἐπειδὴ, reliquę duę in eadem linea ὅτι. 2. φροντίσιν: eademque in margine, ubi aliquid obſcuritatis eſt, ob ſollicitudinem ponitur: Iſidorus. 3. ὑπόμνημα. 4. γράμμα, & γράφεται. 5. omnes ἰνδικτίων, ideſt *Indictio*, qua annorum XV. revolutio denotatur. Hæc autem apud Græcos à die I. Sept. exordium ſumit, apud Latinos verò à die XXIV. ejuſdem Menſis, ex Conſtantini Imperatoris decreto. Pontifices autem, ut cum annis Nativitatis Chriſti concordaret Indictio, à die XXV. Decembris illam computarunt. Jam verò ad habendam Indictionem anno Chriſti reſpondentem, hæc regula traditur: Annis æræ Chriſtianæ tres annos adde, & exſurgentem numerum divide per 15. & reſiduum erit quæſita Indictio. Unde vulgati verſus apud Chronographos:

Si tribus adjunctis, Domini diviſeris annos
Ter tibi per quinos, Indictio certa patebit.

Itaque ſi ſcire velis Indictionem currentis an. 1734. juxta datam regulam, ſume annos æræ vulgaris Chriſti.

	1734
Adde numerum	3
Summa erit	1737

Hæc diviſa per 15. dabit 115 (12) atque hic numerus 12. reſiduus, eſt Indictio quæſita.

Illud porrò prætereundum minimè hoc loco est, quòd si annos Græcorum ab Orbe condito accipias, tunc addenda non sunt illa tria. Exempli gratia: Hic annus 1734. juxta Græcorum computationem est annus Mundi

7242

qui divisus per 15. dat 482 (12) qui numerus est Indictio præsens absque ullius numeri additione.

Sed ad notas compendiarias redeamus. 6. ambæ γίνεται leguntur. 7. εἶναι, & εἰσι. 8. θάλασσα, & κόσμος. 9. ἀρχάγγελος, & ἄγγελος. 10. ἡμέρα, νύκτα, χρόνος, & μεσημβρινὸν. 11. ταῦτα, & πάντα.

His adde ὀυ[τ], idest ὄυτως. (ο, ὅσιος. η., ἡμῶν. χ̄μ, χερουβὶμ. σ̄μ, σεραφὶμ. ʒ. δαιμόνιον. π͂, πῦρ, πῶς. λ[ι], εἶναι. π[ω], περὶ. χ[π], χωρὶς. ὑ[π], ὑπὲρ. π[α], παρὰ. (α. σάββατον. αρ[χ], ἀρχὴ. ἀππ[ο ο], ἀποστόλων. δήπ[ο], δήποτε. ζῶ., ζῶον. ϑμὴ, θερμὴ. θῦ, θύειν. πα[δ], παιδίον.

Item numerales notæ ᾶ. πρῶτος, & sic in reliquis numeralibus notantur. Ubi animadvertendum est, notam hanc δ'. δεύτερον, *secundum* interdum, sed sæpius τέταρτον, *quartum* indicare. Eædem verò notæ, quando unâ litterâ exprimuntur ᾶ, indiscriminatim & numeros, videlicet ἓν, *unum*, & voces numerales, ut πρῶτος *primus*, significant. Et sic de reliquis.

Ne-

Neque illud omittendum, notas compendiarias nominum obſcuriores, brevioreſque plerumqne adhiberi non ſolere, niſi poſtquam nomen integrum antea in eodem Libro expreſſum fuerit: aliàs enim ne divinando quidem poſſent explicari. Sic ''σσ pro Σισίννιος. σ΄, σ΄, Σύμμαχος. Φι) Φίλων. θ΄, Θεοδοτίων. νει), Νεῖλος. θεοφῖ, Θεόφιλος. ἰλημ̀, Ἱερουσαλήμ. ἰουβενά), Ἰουβενάλιος. ἰηλ̀, Ἰσραήλ. ευστα θ, Εὐστάθιος. α θ, Ἀθανάσιος. απ ο, απ ο λ, Ἀπολινάριος. γεν ν, γεννα δ΄, Γεννάδιος ponitur.

Aliud item eſt breviandi genus, obvium quidem, ſed in quo frequentiſſimè erratur; ut in ος, quę duę litteræ per primam ſolam, quando ſupernè ponitur, exprimuntur, ut in λόγ ο, λόγος; πρ ο, πρὸς, & in compoſitione πρ ο λαμβάνειν, προσλαμβάνειν. Hujuſmodi autem abbrevationes multæ in multis Codicibus obſervantur: Singulas verò enumerare labor eſſet infinitus.


Sunt etiam Monocondylia in Libros a Calligraphis invecta, eaque decimo circiter ſęculo. Nam in Codicibus ejuſdem ęvi, & ſequentium ſęculorum ea maxime obſervantur.

Eſt autem Monocondylion ductus calami intricatior, quo perplexis, continuatis, nec intermiſſis lineis nomina, verſus integri, iique interdum plures una ſerie ſcribuntur. Nomen ortum eſt à κονδύλιον, quod idem eſt

ac *calamus*, vel *penicillus pictorius*; unde Monocondylion possemus dicere *tirata di penna*.

Exempla reperiuntur in Codice Regis Christianissimi 3271 pag. 88. & pag. 345. Item in Codice ejusdem 2385. apud Montfauconium, & in aliis passim.

Unum nos proferimus ex Codice Cryptoferratensi membranaceo notato *lit.*C. *num.9.*, continente *hirmos*, scriptoque ab elegantissima Theophylacti Lectoris manu anno ab Orbe condito 6789, idest Christi 1281. estque hujusmodi.



Ita autem legitur:

Ἱερομόναχος. Hoc est, *Sacer Monachus*.

Additum hoc tamen putamus ab Nathanaele Hieromonacho, cujus *hirmologium* fuerat: Legitur enim inferiùs: καὶ τοῦτο κτῆμα τυγχάνει τοῦ ἱερομονάχου, καὶ ἐλαχίστου Ναθαναήλ. Videlicet: *& hoc est in rebus hieromonachi, & minimi Nathanaelis*.

Quandoquidem de Monocondyliis sermo est, putamus monendos esse Lectores apud D. Bernardum de Montfaucon Palæographiæ Græcæ. *l.5. pag.349.* errorem irrepsisse; cum explicatio, quæ primo Monocondylio tribuitur, secundo prorsus conveniat; & vicissim: ut vel modicum attendenti apparebit.

CAPUT X.

DUplici modo arcana, & occulta exarabant Græci, ut videre eſt in Manuſcriptis undecimi, & ſequentium ſæculorum. Primò per commutationem ordinis literarum vulgaris formæ, cujuſmodi eſt Alphabetum ſequens, ubi θ pro α ponitur, η pro β, ζ pro γ, &c.. *De arcanis Alphabetis*

1. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π.
   θ. η. ζ. ϛ. ε. γ. β. α. ϟ. π. ο. ξ. ν. μ. λ. κ.
   ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.
   ϡ. ω. ψ. χ. φ. υ. τ. σ.

Secundò arcana ſcribebant per litteras diverſæ àdmodùm, ac novatæ figuræ, ut oſtendunt ſequentia Alphabeta.

1. [illegible]
2. Λ. Β. Τ. Α. Ξ. Ζ. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ.
   Ν. Ξ. Ξ. Γ. Ρ. Ϲ. Τ. Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω.
3. Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν.
   Ξ. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω.
4. [illegible]

Exemplum primi Alphabeti (cujus frequens præ cæteris uſus occurrit) habes ad calcem Codicis Regis Galliarum

liarum 2910. membranacei, ubi *Athanasii quæstiones*, & alia, ſcripti anno Mundi 6509. Chriſti verò 1001. indict. XIII. manu *Leonis* Clerici in regione Ægypti. Itemque in noſtro Codice Bibliotheces Sancti Baſilii de Urbe, ſignato numero LXXXIX. ac deſcripto anno 1105; in cujus calce fol. 117. hæc inter alia ſub arcano Alphabeto erant adſcripta: τῷ ἀυτῷ δὲ ἐνιαυτῷ ὑποστρέψασ ὁ Βαιμούνδις εἰς Καλαβρίαν φεύγων ἐκ προσώπου Ἀλεξίου, ἔκτοτε δὲ ἦυρεν ἀνάπαυσιν ἡ ἁγία μονὴ, λυτρωθεῖσα ἐκ χειρῶν Μαλαΐνων. πάνυ γὰρ ἐπολυόρκει, (legendum ἐπολιόρκει) ἀυτὴν Νικόλαοσ ὁ Μαλαΐνοσ κ̀ ἀρχιεπίσκοποσ μετὰ τῆσ γενεᾶσ ἀυτοῦ.

Hoc eſt:

Eodem autem anno reverſus eſt Bæmundis in Calabriam, fugiens à facie Alexii: tunc autem requiem invenit Sanctum Monaſterium, ereptum è manibus Malæinorum. Admodùm etiam obſidebat illud Nicolaus Malæinus Archiepiſcopus cum cognatione ſua.

Reliqua quatuor Alphabeta commutatas litterarum figuras exhibent, ut in Tabula vides. Verùm ſecundum, & tertium parùm a vulgari litterarum uncialium forma recedunt. Hæc porrò Alphabeta decerpta ſunt ex Codice (*a*) Monaſterii B. Mariæ Florentiæ, complectente *Libros omnes novi Teſtamenti*, deindeque *Synaxarium*, & breve *Menologium*. Codex ſcriptus eſt manu Marci anno mundi 6840., ideſt Chriſti 1332. menſis Decembris die 28. feriâ ſecundâ.

Hos

(*a*) In Monaſterio B. Mariæ Benedictinorum Codices Græci habentur numero centum; multi ſelecti, & optimæ notæ ſunt.

Hos arcanos characteres in fine Librorum adhibent Amanuenſes ad quaſdam ſententias pro arbitrio conſcribendas; ubi arcani plerumque nulla ratio: interdum etiam, ubi ita metus ſuadeat, nè omnino intelligantur.

Aliud item arcanum ſcribendi genus apud Calligraphos obſervatur: ubi ſcilicet vulgares literas inverſas depingunt; arcanas verò variis ex Alphabetis deſumptas commiſcent; ita ut nonniſi ex mutua omnium Alphabetorum collatione, hujuſmodi ſcripta legi poſſint. Hujus exemplum habetur in Codice Colbertino, num 591. bombycino, ubi *Menæum Græcorum menſis Septembris*, abſoluto per manum Pauli ἱερέως, ideſt *Sacerdotis*, ex Urbe Halſo, ſumptibus nobiliſſimi, & ingenioſiſſimi, temperantiſſimique viri Domini Cyriaci Sacerdotis, die Sabbati, menſe Auguſto, anno Chriſti 1509.

In hoc ſcripturę genere ſemper accentus, & ſpiritus vulgari formâ ſcribuntur, cujuſcumque tandem figurę literę arcanę ſint.



CAPUT XI.

DE LIBRORUM SEU VOLUMINUM FORMA, DEQUE ACCENTIBUS, ET SPIRITIBUS.

JAm de Librorum, ſeu voluminum forma nobis agendum eſt. Libros Græci a multis retrò ſæculis ad hodiernum penè modum compingebant; diſtributa in terniones, qui τρισσὰ, vel quaterniones, qui τετρασσὰ vel τετρὰς, & τετράδιον vocantur, folia aſſuebant; pelle vitulinâ, ſive aliâ plerumque denſiore totum operiebant: partem ſupernam, & infernam, quâ latior liber eſt, tabellâ ligneâ corio agglutinatâ muniebant, quo firmiùs conſiſterent: ſæpe etiam pelliceę tunicę loco, blattiis, ſive ſericis librum operiebant, quod operimenti genus ſi non tutiùs, ornatius tamen habebatur. Eos autem, qui Libris compingendis vacant, βιβλιοδέτας, quaſi dicas *Librorum ligatores*, appellat Comnenus in deſcriptione Montis Atho. Porrò in quibuſdam Codicibus Quaterniones litteris numericis adnotantur; quo fit, ut ſi Codex ſit ab initio mutilus, quot Quaterniones, imò quot folia deficiant, intelligi poſſit.

Illud etiam eſt obſervandum, quòd in aliis Codicibus lineę ſingulę totam paginę latitudinem obtinent, in aliis paginę duabus columnis conſtant, in pauciſſimis tribus. Gręci etiam Scribæ, ubi nos a linea, ut dicimus, reſumimus, Litteram majuſculam, qua initur verbum aut ſyllaba, in margine, & extra columnam apponunt; idque exemplo faciliùs intelliges, quod ſubiicimus ex Codice Monaſterii noſtri Cryptoferratenſis notato *lit.* A. *num.* 30., ubi *Aſcetica varia*. In ſermone autem XXI. Abbatis Dorothei ſic ibi legitur.

ἔλε-

⁖ ἔλεγεν πά

Λιν· ὅτι οὐ δεῖ θελῆσαί τινα ἀπαλλα
γῆναι πάθους ὡς θέλοντα φυγεῖν
τὴν θλῖψιν αὐτοῦ· ἀλλὰ ἀκριβῶς
μισοῦντα αὐτό· ὡς λέγει τέλειον
μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς :: ἔλεγεν
Πάλιν· ὅτι ἀδυνάτον ἐστιν ὀργισ
θῆναί τινα κατὰ τοῦ πλησίον·
εἰμὴ πρῶτον ἐπαρθῇ ἡ καρδία
αὐτοῦ κατ' αὐτοῦ· κὶ ἐξουδενώσει
αὐτόν· κὶ ἔχει ἑαυτὸν ὑπερέχοντα αὐτοῦ ⁖

Hoc eſt ad litteram.

⁖ *Dixit ite*

R um; quòd non decet velle quempiam libe
rari paſſione quaſi volentem fugere
tribulationem ſuam; ſed exquiſitè
odio habentem ipſam: ut dicit. perfecto
odio odi ipſos ⁖ Dixit
I terùm; quòd impoſſibile eſt ira
ſci quempiam contra proximum,
niſi priùs efferatur cor
ipſius contrà illum, & nihili faciet
illum, & habeat ſeipſum præſtantiorem illo ⁖

Ubi jam vides, quòd etſi membrum orationis utrobique initium ſumat à verbo ἔλεγεν, in margine tamen, majori formâ exprimitur tantummodo ea littera, quæ in proxime ſequenti lineâ occurrit, ſive ea ſit initium vocis, ut in ſecundo loco Πάλιν, ſive tantùm ſyllabæ, ut in primo πάΛιν. &c.

Quoniam autem ſermo incidit de hoc Codice, non eſt omittendum quod ibidem notatum reperi in ſecunda parte per hæc verba obſervatu digniſſima, nempe:

✝ τῶ ἐξακισχιλιοστῶ τετρακο
σιοστῶ ἐβδομικοστῶ τρί
τω τοῦ κόσμου ἔτει. ἔπαθεν τὸ
φουσατον μανουὴλ τοῦ πατρικί
ἐκ ῥημάτ· καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐλεί
φθη· καὶ ἡ κουθνησία ἐγένετο με
γάλη σφόδρα· καὶ χειρὶ νειλου
μον· ἐγράφει ἡ τοῦ ἁγίου δω
ρο
θε
ου
π
τ
υ
ξ

Quæ vulgaribus typis ita leguntur:

Τῷ ἐξακισχιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ τρίτῳ τοῦ κόσμου ἔτει ἔπαθεν τὸ φουσάτον Μανουὴλ τοῦ πατρικίου ἐκ τῶν ῥημάτων. καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐλείφθη. καὶ ἡ κουθνησία ἐγένετο μεγάλη σφόδρα. καὶ χειρὶ Νεζολχ (Νείλου) μοναχοῦ ἐγράφη ἡ τοῦ ἁγίου Δωροθέου πτύξ.

Id eſt.

Anno mundi 6473. malè habuit exercitus Manuelis Patricii, ut fama fuit, & hæc ipſa fama relicta eſt: atque internecio facta eſt valde magna: & manu Nili Monachi ſcriptum eſt Sancti Dorothei volumen.

Agitur hìc de Manuele Patricio in expeditionem miſ-

miſſo ab Nicephoro Imp., ut Regnum Orientale ab tributo Saracenis ſolvendo liberaret. Quod cum noſter Codex aſſerat accidiſſe an. Chriſti 965. viderint proinde eruditi, qua ratione alii evincant, Manuelem Patricium an. 963. cum exercitu eſſe deletum. Nilum autem hunc Calligraphum, qui arcanis literis ſuum nomen ſcripſit, eundem putarim fuiſſe, qui Cryptoſer. Cœnobii fundator extitit anno Chriſti 1004. quod mihi ſuadetur,

I. Quia ea ætate, qua Manuelis Patricii exercitus deletus eſt, Nilus jam annum 55. agens ſanctitate floreret.

II. Quia eo ſæculo nullum noverim alium Nilum Græcum Scriptorem, præter hunc noſtrum, extitiſſe.

III. Illud etiam nobiſcum facit, forma videlicet characterum polita, minuta, & denſa, qua Codex ſcriptus conſpicitur, & qua uſum fuiſſe noſtrum Nilum, S. Bartholomæus Junior in ejus vita teſtatur. Idque ut clariùs pateat, accipe ſubjectum ſpecimen, quod ſtatim a monumento ſuperiùs allato legitur, ejuſdem S. P. Nili manu conſcriptum: eſt autem locus S. Jo. Chryſoſt. *in comparat. Regiæ poteſt. & divit. atque excel.* ut ſequitur.



Hæc vulgaribus typis ſic leguntur.

Ὁρῶν ἐγὼ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὰ δοκοῦντα εἶναι καλὰ μᾶλλον ἀγαπῶντάς τε καὶ θαυμάζοντας. ἢ τὰ φύσει χρηστὰ καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθά. ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω περὶ ἑκατέρων βραχεῖς ποιήσασθαι λόγους.

Hoc eſt.

Cum ego multos homines videam, ea potiùs & diligere, & admirari, quæ videntur bona, quàm ea quæ natura utilia, & quæ verè bona ſunt; neceſſarium eſſe arbitror de utriſque pauca verba facere.

IV. Illud etiam ad meam ſententiam magis magiſque confirmandam accedit argumentum non levis momenti; quòd nimirum poſt tres paginas ab eadem nota, de qua ſupra, ſequitur in eodem Codice aliud monumentum hujuſmodi:

Μέμνησθε Παύλου ταπεινοῦ μοναχοῦ τοῦ γράψαντος οἱ ἀναγινώσκοντες διὰ τὸν Κύριον· ἀμήν :—

Hoc eſt.

Memores eſtote Pauli humilis Monachi qui ſcripſit, vos qui legitis, propter Dominum: amen :—

Qui *Paulus* ex characterum forma, qua *Alphabetum in bonam diſpoſitionem*, & Codicem Epiſtolarum S. Iſidori Peluſiotæ deſcripſit, idem dignoſcitur eſſe, qui ſocius S. Nili, ab eodem in hegumeniam ſuffectus eſt Monaſterii Cryptoferratenſis. Denique non ingratè cedet Hiſtoricis, quæ ad calcem ejuſdem Codicis aliâ manu deſcripta legitur Nota ſic: ἔτους, ϛφϟβʹ. ἰνδ. ζʹ. Μαΐου μηνὸς, κθʹ. ἡμέρᾳ, γʹ. ὥρᾳ, γʹ. ἐσέβη ὁ Δοὺξ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ ἐπύρθησεν αὐτήν. Hoc eſt, *Anno Mundi 6592. (Chri-*

ſti

Vide cap. 6.

ſti 1084.) *Indictione VII. menſis Maji* 29. *feria tertia, hora tertia, ingreſſus Dux Romam, ipſam depopulatus eſt*: Dux, inquam, Robertus Guiſcardus, qui ingreſſus Romam, Gregorium VII. Papam eduxit è carcere, Henricum Imperatorem fugavit, urbem in defectionis pœnam vaſtavit, & incendit. Hinc enim illud conſequens fit, erroris fortaſſe arguendos eſſe, qui anno 1082. Robertum Guiſcardum defunctum eſſe ſcripſere.

Sed redeamus ad Græcos Scriptores, quibus mos etiam erat antiquitùs per στίχους, ſeù *verſiculos* orationis partes diſtinguere: στίχος autem non integram periodum deſignabat, ſed eam partem, etſi perquam minimam, ubi jam aliquis ſenſus, licèt imperfectus, & inchoatus, videbatur eſſe; ita ut in unica periodo tres, quatuor, imò quinque, ſex, aut plures στίχοι ſæpe numerentur. Horum exempla propè innumera ſunt in Libris Biblicis Manuſcriptis, in quorum multis Codicibus στίχοι, ſive *verſiculi*, in margine adnotantur; unde illud incommodum evenit, ut neſcias plerumque, ubi verſiculi inchoentur.

Στίχοι porrò, ſivè *verſiculi*, omnes à lineâ ducebantur antiquitùs, id quod ipſum nomen ſonare videtur: nàm στιχηρῶς poſita dicitur ſcriptio, in qua ſinguli verſiculi ſuam lineam inchoant; quamvis lineam ut plurimum ob brevitatem non excedere, nec implere ſoleant. Hæc ſcriptio στιχηρῶς ducta, dicitur etiam per κῶλα, & κόμματα; ubi nempe ſic adornabatur, ut non modò κῶλον à linea inciperet, ſed etiam κόμμα, ſive *ſectio*, vel κόμματα, ſi plura in eadem ſerie haberentur. Κῶλον autem,

juxta

juxta Suidam, eſt verſus perfectum ſenſum habens.

Ante Ariſtophanem Byzantium hoc uno diſtinctionis genere in Libris uſi eſſe Veteres putantur, ſcilicet per στίχους, per κῶλα, per κόμματα; & hæc una pauſæ nota erat. Ex priſcis autem Græcorum monumentis colligimus, Ariſtophanem hunc Grammaticum primum fuiſſe, qui circa tempora Ptolemæi Philopatris, ſeu Epiphanis Ægypti Regis Olimpiade cxlv. accentus uſurpaverit, eoſdemque auxiſſe deinde Ariſtarchum, & alios.

Verùm nè accentuum doctrina Romanicum ſapere, aut à Neoteriſtis Doctoribus conficta videatur; res eſt paulo ab altiori principio deducenda.

Nemo eſt autem, qui neſciat, Muſicam apud Græcos ſummo ſtudio excultam fuiſſe; adeò ut lege ſancitum fuerit, ut à Patribus filii in Muſica, atque Gymnaſtica exercerentur. Vide Plat. *in Crit. p.* 37. Hinc Græci variam ſonandi rationem accuratè tenuerunt; eamque varietatem non ſolùm in cantu obſervarunt, ſed in ipſa quoque oratione. Vide Ariſtotelis *Poeticam c.* 20., & Ciceronem *in Brutus p* 377.

Quamobrem cum Muſica ſit antiquiſſima, dubitare non poſſumus, quin canendi Magiſtri non modò nomina illa προσῳδίας, τόνου, ejuſque varietates ὀξείας, βαρείας, περισπωμένης, item δασείας, μακρᾶς, καὶ βραχείας, ſoni tum qualitatem, tum quantitatem reſpicientes invenerint; ſed etiam ad Diſcipulos meliùs informandos varias accentuum figuras, plureſque Muſicas Notas excogitaſſent, nè aberrarent in cantu, utque ſuâ ſponte etiam canere poſſent. Harum quidem plurimæ numeran-

rantur: Notæ verò Muſicæ (*a*) Lydii modi hæ ſunt: atque ità figurantur.

Προσλαμβανόμενος, ζῆτα ἐλλειπὲς, καὶ ταῦ πλάγιον. Hoc eſt: 7 ⊢

Proslambanomenos, *imperfectum zita*, & *tau jacens*. A Martiano verò Capella dicitur etiam *Acquiſitus*, qui videtur idem cum illo eſſe, qui a noſtris Muſicis appellatur *A rè*.

Ὑπάτη ὑπάτων γάμμα ἀπεστραμμένον, καὶ γάμμα ὀρθόν. Hoc eſt: ⅂ Γ

Hypate hypaton, *gamma averſum*, *gamma rectum*: ſeu *Suprema Supremarum*, quæ acutiſſimum ſonum reddit.

Παρυπάτη ὑπατῶν, βῆτα ἐλλειπὲς, καὶ γάμμα ἀπεστραμμένον. R L

Parhypate hypaton, *vita imperfectum*, & *gamma inverſum*. Ideſt *Subprincipalis ſupremarum*, quæ in noſtratium Muſicorum ſyſtemate dicitur *C fa ut*.

Ὑπατῶν διάτονος, φῖ καὶ δίγαμμα. Hoc eſt: Φ F

Hypaton diatonos, *phi*, & *digamma*: nimirum, Supremarum duo continuati toni.

Ὑπάτη μέσων σῖγμα, καὶ σῖγμα. Hoc eſt: C C

M *Hy-*

(*a*) Lydi ſunt Populi Aſiæ minoris, qui ſcenicam ludionum ſaltationem excogitarunt; quapropter à Dionyſio lib.II. optimi ὀρχησταὶ dicti ſunt. Heſichius verò ait: Λυδίζειν, χορεύειν, ἀπὸ τῶν Λυδῶν: hoc eſt: *Tripudiare cum cantu à Lydis ortum eſt*: Unde Lydii modi ad Italos traducti. *Traditur* enim, *Lydos ex Aſia tranſvenas in Hetruria conſediſſe*, uti ſcribit Tertullianus C. 5. *De Spectaculis*.

Hypate meson, *sigma*, *&* *sigma*: seu *Suprema mediarum*.

Παρυπάτη μέσων, ῥῶ, καὶ σῖγμα ἀνεστραμμένον. Hoc est: Ρ Ͻ

Parhypate meson, *rho*, *&* *sigma inversum*: nimirum *Subprincipalis mediarum*, quæ a nostratibus Musicis dicitur *F fa ut*.

Μέσων διάτονος, μῦ καὶ πῖ καθειλκυσμένον. ΜΠ

Meson diatonos, *my*, *&* *pj diductum*: hoc est, Mediarum duo continuati toni.

Μέση, ἰῶτα καὶ λάμβδα πλάγιον. Ι <

Mese, *jota*, *&* *lambda jacens*: hoc est, Media, quæ nunc a Musicis vocatur *a la mi re*.

Τρίτη συνημμένων, θῆτα καὶ λάμβδα ἀνεστραμμένον. Hoc est: Θ V

Trite synemmenon, *thita*, *&* *lambda inversum*: nimirum *Tertia conjunctarum*, quæ nunc a Musicis usurpatur ad significandam tertiam chordam, seu tonum in scala Musica, & videtur respondere *B fa b mi*.

Συνημμένων διάτονος, γάμμα καὶ νῦ. ΓΝ

Synemmenon diatonos, *gamma* *&* *ny*: hoc est, Conjunctarum duplici tono procedens nota.

Νήτη συνημμένων, ω τετράγωνον ὕπτιον, καὶ ζῆτα. Hoc est: ПZ

Nete synemmenon, *ω quadratum supinum*, *&* *zita*: nimirum *ultima conjunctarum* respondens *D la sol* nostrorum Musicorum.

Παραμέση, ζῆτα καὶ πῖ πλάγιον. Z ⊏

Para-

Paramese, zita & pi jacens : hoc est, *Mediæ proxima*: apud Musicos recentiores est *b fa b mi*.

Τρίτη διεζευγμένων, Ε τετράγωνον καὶ πῖ ἀνεστραμμένον. Nimirum: E ꟷI

Trite diezeugmenon, *E quadratum*, & *pi inversum*: hoc est, *Tertia disjunctarum*.

Διεζευγμένων διάτονος, ω τετράγωνον ὕπτιον, καὶ ζῆτα. Nempe: ⊔Z

Diezeugmenon diatonos, *ω quadratum supinum*, & *zita*: Idest, Disjunctarum duo continuati toni.

Νήτη διεζευγμένων, φῖ πλάγιον, Θ η καὶ ἦτα ἀμελητικὸν καθειλκυσμένον. Scilicet:

Nete diezeugmenon, Φ *jacens*, & *η negligentiùs pictum*, & *diductum*: hoc est, *Ultima disjunctarum*, nostratibus Musicis E *la mi*.

Τρίτη ὑπερβολαίων Υ κάτω νεῦον, καὶ ἡμίαλφα ἀριστερὸν, ἄνω νεῦον. Videlicet: ⅄ ⊢

Trite hyperbolæon, Υ *deorsum respiciens*, & *dimidium alpha sinistrum*, *sursum respiciens*: hoc est, *Tertia superlatarum*.

Ὑπερβολαίων διάτονος, μῦ καὶ πῖ καθειλκυσμένον, ἐπὶ τὴν ὀξύτητα. Hoc est: MΠ′

Hyperbolæon diatonos, *my* & *pi diductum*, *cum superscripto accentu acuto*: idest, Superlatarum duplici tono procedens nota.

Νήτη ὑπερβολαίων, ἰῶτα καὶ λάμβδα πλάγιον, ἐπὶ τὴν ὀξύτητα. Idest: I ⋖′

Nete hyperbolæon, *jota* & *lambda jacens*

cum accentu acuto supernè adscripto: hoc est, *Ultima superlatarum*, quæ respondet *A la mi re*.

Quia verò eâ tempestate, ipsa carmina Homerica præ cæteris præcinebantur, & in scholis Græcorum Juvenibus perlegebantur; ut rectè ea tùm pronunciare, tùm intelligere possent, placuit Grammaticis, maximè Alexandrinis, easdem Musicorum cùm voces, tùm notas inposterùm retinere.

Etenim cum omnia exarare absque ullo interstitio legentibus, Juvenibus præsertim, continuum pareret impedimentum; idcirco Aristophanes Grammaticus accentus, atque apices excogitavit. Indeque ad distinguendas ambiguas voces, & locutiones maximus erat usus apicum.

Non inficior tamen, consuetudinem ipsam pronunciandi modum docuisse, & in communi forma loquendi nullo apice Græcos fuisse usos; cum legerent, uti pronunciare vulgus solebat. Sed in priscis Auctoribus enarrandis, Homero inprimis, longe alia erat ratio; quia illorum loquelam non magis intelligebant, quàm nos Itali exteram linguam. Homerus enim τοῖς ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι, *antiquioribus vocibus* usus est, variisque dialectis. Vid. Steph. de Urb. in χαιρώνεια.

Ex his itaque principiis fluxerunt regulæ de sedibus accentuum. Ac primùm προσῳδία à Græcis sic definitur: ὁ τόνος περὶ ὃν ᾄδομεν, καὶ τοὺς λόγους ποιούμεθα:

Tonus juxtà quem canimus, & verba facimus.

Hę prosodię (seu *Toni*) decem recensentur, & sic pinguntur: ὀξεῖα ´ *acuta*, βαρεῖα ` *gravis*, περισπωμένη ˜ *circumflexa*,

ξα, μακρὰ — *longa*, βραχεῖα ᵕ *brevis*, δασεῖα ʽ *densa*, ψιλὴ ʼ *tenuis*, ἀπόστροφος ʼ *apoſtrophus*, ὑφὲν ‿ *ſubunio*, καὶ ὑποδιαστολὴ, *&* *interpunctio*.

Hìc nota, Ariſtophanem Byzantium ſupra laudatum interpunctiones etiam excogitaſſe, ſcilicet τελείαν στιγμὴν, *perfectum punctum*, quod in ſummo extremę literæ apice ponebatur: ὑποστιγμὴν, quaſi dicas ſubdiſtinctionem, quæ ad imum locabatur, clauſulamque non adhuc perfectam ſignificabat: μέσην στιγμὴν, *medium punctum*, quod in medio ponebatur. Verum tamen eſt, puncta interrogandi, quæ ſic ; pinguntur, in nullis Codicibus vetuſtiſſimis unciali quadrato charactere ſcriptis inveniri, licèt in Codicibus noni, decimi, undecimique ſæculi appareant. Virgulas verò, quamvis non antiquiſſimas, nihilò tamen minùs in Codd. plus quàm mille ab hinc annis cernere eſt. De his Grammatici multas ferunt leges; accuratè autem obſervatas nunquàm viderint, neque viſuri ſunt in marmoribus, Tabulis, & vetuſtiſſimis libris. In priſcis verò Codicibus, ad uſum Chori præſertim ſcriptis ſola puncta, eaque ad cantûs, non ad ſensûs rationem habendam, conſpicabuntur.

Porrò proſodiæ in quatuor claſſes dividuntur, nempè εἰς τοὺς τόνους, *in tonos*, ſeù accentus, acutum, gravem, & circumflexum; εἰς χρόνους, *in tempora*, longum, & breve; εἰς πνεύματα, *in ſpiritus*, aſperum, & lenem; εἰς πάθη, *in affectiones*, uti eſt apoſtrophus, & hyphen duarum vocum conjunctionem, & hypodiaſtole ſeparationem deſignans. Haſce figuras ab intemerata antiquitate Græci acceperunt, teſte Deme-

trio Triclinio: *Græcos Latini ſunt imitati, dicente Aulo Gellio libr. XIII. noct. Attic. cap. 6. Quas Græci προσῳδίας vocant, eas veteres Docti tùm notas vocum, tùm moderamenta, tùm accentiunculas, tùm voculationes appellant.*

Sed quoad ſpiritus: cùm ſæculo duodecimo, decimotertio, & ſequentibus variæ characterum, & ductuum formæ à Calligraphis invectæ deprehendantur, idque variis pro cujuſque arbitrio modis; ſpiritus etiam aliquando primigeniam formam ſervarunt, interdùm immutarunt. Hinc ſpiritus priſcus, ſcilicet ⊣, & ⊢, in Codicibus noni, & ineuntis decimi ſæculi frequenter obſervatur; in Codicibus verò poſterioris ævi rariùs. Nonnunquàm ſic etiàm pictus ⅃, L conſpicitur, ſed infrequentiùs versùs finem decimi ſæculi. Interdùm eoſdem ſpiritus ſupinè ſic ɕ˜ inſcriptos invenies, ita ut leneſne, an denſi ſint vix judicare poſſis. Immò à duodecimo, & decimotertio ſæculo frequentiſſimè ſpiritus, & accentus uno ductu ſcripti inveniuntur: nempè lenis ſpiritus cùm acuto ſic ү, denſus cùm acuto ſic ◡, lenis cum circumflexo ſic ϭ, denſus denique cùm circumflexo ſic ⌣͡.

Quòd autem Veteres & accentûs, & quantitatis rationem habuerint, itemque Homeri ætate alia fuerit accentuum ratio, & Veteres illi ſic legerint, ut multi opinantur:


Ἠέλιος δ᾽ ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην
Οὐρανὸν εἰς πολύχαλκον ἵν᾽ ἀθανάτοισι φαείνῃ.

Sol

Sol verò ſurrexit relicto pulchro lacu
Cœlum ad firmum, ut Immortalibus illuceſceret. Hom. Odys. 3. v. 1.

Suâ utique non caret probabilitate iſtæc opinio; ſed pro ea re afferre certa argumenta, difficile eſt.

Interim incertas ſequi conjecturas, & certa, quæ habemus, Doctorum Virorum veſtigia deſerere, neque tutum ducimus, neque laudabile.



CA-

CAPUT XII.

De instrumentis ad scriptionem adhibitis; deque Chartarum nominibus, et generibus.

VAria ſcribendi genera, varia etiam ad ſcribendum induxere inſtrumenta. Quandoquidem ſi ceratis in Tabulis, aut æneis, aut etiam plumbeis ſcriberent, ſtylum, Græcè ϛύλον, adhibebant; qui item γραφεῖον, Latinè *graphium* appellabatur. Erat autem ſtylus ab altera parte acutus ad literas exarandas, retuſus ab altera ad delendas, ſicubi opus eſſet; qui cum ferreus primò eſſet, eoque ſeſe invicem ſauciarent Candidati, ſi qua inter eos exardeſceret contentio, ſtylus oſſeus in uſum evocatus eſt.

Hic incidendis Tabulis æneis minimè aptus, pro ceratis valuiſſe tantùm putatur. Dicitur item hoc inſtrumentum a Græcis γλύφιον, & γλυφεῖον, a Latinis cælum, & celtes a cælando. De ſtylorum verò longitudine nulla dari poteſt certa ratio, cum alii aliis majores, ac longiores eſſent. Et ſanè longiorem aliis eſſe oportuit eum, quo Cæſar, cum à conjuratis necaretur, Caſcæ brachium trajeciſſe fertur, apud Plutarchum.

Quòd ſi atramento literas, aut alio colore depingerent, calamo utebantur, quem Græci etiam κάλαμον, & Nicetas Choniates γραφέας δόνακας, *calamos ſcriptorios* vocat. Calamorum optimi habebantur Gnidii, Memphitici, & Nilotici, quos poſtremos voce σχοῖνος, *juncus*, deſignare videtur Clemens Alexandrinus Strom. VI. Unde colligere eſt, calamos illos juncos fuiſſe ex Nili oris excerptos, & ſcriptioni aptos: qui tamen cum cui-

que

que quibuſvis in locis in promptu minimè eſſent, hinc etiam arundines ad ſcriptionem vulgari uſu adhibebantur.

Pennæ uſus inferior ætate eſt: Nam quòd aliqui ad priora tempora revocent, ex eo Juvenalis verſu Satyr. IV. v. 149.

Anxia præcipiti veniſſet Epiſtola pennà.

næ illi egregiè falluntur, qui allegoricè id dictum non animadvertant, ad ſignificandam Epiſtolam, ſeu nuncium celerrimè Romam perlatum. Unde optimè Italicus Juvenalis Interpres eum locum vertit:

. . . . . . *d'altra nuova ſtrana,*
Che da lontan confin portato aveſſe
Nunzio anzioſo, che d'augello al volo
Nella velocità ne men cedeſſe.

Alia ad ſcriptionem inſtrumenta ſunt, *Atramentarium*, quod Græci καλαμάριον, & μελανδοχεῖον vocitant, perque aliam vocem exprimit Clemens Alexandrinus Strom. VI. videlicet κανὼν: ſic autem habet: Ἑξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται ἔχων πτέρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ, καὶ κανόνα, ἐν ᾧ τὸ γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνον, ᾗ γράφουσιν: *Deinde autem Sacrorum Scriba procedit habens pennas ſuper capite, librum in manibus, vaſculum, in quo atramentum ſcriptorium, & juncum, quo ſcribere ſolent.* Ubi κανόνα ne, an κάνιον legendum ſit, videbimus Deo dante alibi. Nicetas verò Choniates, Annalium p. 382. Atramentaria δοχεῖα μέλανος, *vaſcula atramenti*, vocat.

Γλυφίδα καλάμων, ſeu γλύφανον dicunt Græci cultellum, ſive ſcalpellum, temperando calamo: quippe

pe apud Græcos γλύφειν ſonat temperare calamum cultello, quem nos *temperino* appellamus. Circinus Græcis διαβήτης eſt, metiendis linearum ſpatiis; forfices verò Græcè ψαλὶς, & ψαλίδιον, & ὀδοντάγρα, ſcindendæ chartæ.

Charta autem Græcè ὁ χάρτης, ἐςὶ τὸ ἀπὸ παπύρου δέρμα, ἢ ἑτέρα ὕλη πρὸς γραφὴν πεποιημένη. Ideſt, *Charta eſt Papyri pellis, ſive altera materia ad ſcribendum adaptata*: ut inquit Scholiaſtes *ad libr.* 22. *Baſilicorum p.* 95. & Caſſiodorus *lib.* 11. *epiſt.* 38. *Joann. Canonicario Tuſciæ*, Chartam fuiſſe *viſcera nivea virentium herbarum* apertè aſſerit. Verùm chartarum ſpecies, & nomina varia recenſentur.

Ac primò in textilibus olim malvarum, palmarumque foliis ſcriptitatum eſſe ſcribit Iſidorus *lib.* 6. *c.* 12. & Virgilius *Æneidos lib.* 6. *verſ.* 74. inquiens

. . . . Foliis tantùm ne carmina manda,
Nè turbata volent rapidis ludibria ventis.

In Philyra item, ſeu Tilia ſcribendi uſus à multis memoratur Scriptoribus; qui tamen frequentior fuit in papyro Ægyptiaca. Erat autem planta Ægyptia bicubitalis, quæ pelleas tunicas habebat multas; eæ denique acu ſeparabantur: hinc ob firmitatem turbidâ Nili aquâ intingebantur, ut ſiccatæ poſteà ſolidiores eſſent. Deinde, quia uſus, & experientia ſemper quid importat novi, glutino illini cœperunt Niliacæ Chartæ, ut firmiùs conſiſterent; eratque Alexandriæ Artificum hujuſmodi frequentia: ὧν ἡ τέχνη ἄρτι ἀπήλειπται, *quorum ars jam deſiit*, ſæculo nimirùm XII., ut narrat Euſtathius ad Homeri Odyſſeam φ′.

Plinius l. 13. *c.* 11. *&* 12.

Char-

Chartas corticeas easdem esse putant, ac ξυλοχάρτια, quæ & ξυλώδεις χάρται vocantur; ita ut ipsum nomen ξυλοχάρτιον innuat quamlibet è ligno, sive cortice confectam chartam. In his scribebantur olim Imperatorum Protocolla; erantque hæ chartæ duriores papyro Ægyptiacâ. Harum usus ab annis plùs sexcentis desierat.

In plumbi item laminis scribebatur antiquitùs, quia materia illa mollior erat incidendis litteris. In Tabulis autem ceratis, in libris æneis, argenteisque laminis, in pugillaribus Elephantinis, itemque in Omento Elephanti, sive intestinorum pelle scriptitasse Veteres, multi asserunt. Tessera insuper eburnea conspicitur in Museo magni Hetruriæ Ducis insculpta nominibus quibusdam. Et sane litteras eburneas, & buxeas tessellarum more conficiebant Veteres, puerisque tradebant ad ludicram exercitationem, ut & ludus ipse eruditio esset: ait Hieron. ad Lætam. Charta *Augusta*, *Livia*, *Claudia*, à Principibus, quibus usui erat, nomen habuit; & *Saitica*, & *Tæniotica* à locis, ubi conficiebatur. Narrant item, sub Leone Isaurico, per incendium Constantinopoli excitatum insignem Bibliothecam absumtam fuisse, in qua erat Homerus totus in Draconis intestino aureis litteris exaratus. Hæc de Chartis, quæ jàm obsoleverunt, & quarum nullum penè superest monumentum, nisi si aliquod alicubi fragmentum.

Quint. l. 1. *c.* 1.

Usitatiores sunt Chartæ ex pelle animalium confectę, quarum alia est corium subactum, alia membranacea, sive membranea, quæ alio nomine *pergamenum* appellatur, ex pellibus ovium, aut vituli concinnata,

longèque tenuior primâ est, & elegantior. Ea Græcè vocatur δέρμα, διφθέραι, περγαμένη, & μεμβράνα, μεμβράνον, μεμβράινα; & quam Latini membranaceam à membris, eamdem Græci σωμάτιον, σωμάτια, σωματῶαν, & σωματίαν, seu *corpoream* à corpore vocarunt. De ejus vetustate hæc breviter notanda occurrunt. Cum Ptolemæi invidiâ nè alibi Bibliothecæ fierent, papyrus ex Ægypto haberi non posset, membranas Eumenes Pergami Rex invenit: *Unde & pergamenarum nomen ad hunc usque diem, tradente sibi invicem posteritate, servatum est*: ajebat Hieron. *Ep.ad Chro.Jov.Eus.* Vossius tamen *Orig. & l.* 1. *de Art. Gram. c.* 38. membranarum usum Pergami Regibus vetustiorem esse opinatur.


Charta *Bombycina*, seu *Bambacina*, Græcè βομβυκίνη, sic dicitur ἀπὸ τοῦ βόμβυκος seu βάμβυκος à bombyce sive gossipio vulgò *Bambaccio*; quia ex hujusmodi materia primitùs conficiebatur. Antiquitùs bombyx etiam pro serico accipiebatur, voxque βόμβυξ uni serico significando priscè deputata videtur: At infimis sæculis, ubi maximè de Chartis agitur, βόμβυξ, & βάμβυξ gossipium, Charta vero bombycina, & bombacina, eam, quæ vel ex gossipio, vel ex detritis pannis conficitur, exprimit. Porrò hujusmodi charta ab annis plus sexcentis in vulgarem usum jam venerat; immò jam a decimo sæculo adhibebatur ad scriptionem: siquidem variis in Bibliothecis, ac nominatim in Bibliotheca Regis Galliarum exemplaria quædam sunt Bombycina, quæ ex characterum forma decimum sæculum præferunt; ita ut tunc advecta fuisse videatur, cum Papyrea, Ægyptia, &

cor-

corticea ſenſim exoleſcerent. Poſt advectam autem bombycinam chartam; nulla alia Librorum genera memorantur, quàm membranaceorum, & bombycinorum, quod advertas in Synodo Florentina Seſſ. 20. ubi Charta *cuttunea* ipſiſſima bombycina eſt.

Deletiles, ſive pugillares chartas, *Palimpſeſtum* Cicero ad Trebatium, & Plutarchus παλίμψηστον ſimpliciter, alibique βιβλίον παλίμψηστον appellat, à ψάω rado, abſtergo, deleo. Alii *Palinxeſtum*, vel *Palinxyſtum* vocant à ξέω, vel ξύω ejuſdem ſignificationis verbo. Hujuſmodi quippe pugillares ex membrana adornabantur, & ſpongiis, ſi quid priùs ſcriptum erat, ita delebatur, ut ne veſtigium quidem priſtinæ ſcriptionis remaneret. Palimpſeſta item in Tabulis ceratis fiebant, in quibus, ait Quinctilianus, facillima eſt ratio delendi.

De Libris linteis, quorum ut rarus uſus fuiſſe videtur, ſic haud ita frequens occurrit mentio, vide Salmaſium in notis ad hiſtoriam Auguſtam.



CA-

CAPUT XIII.

TABULA GENERALIS EJUSQUE EXPLICATIO.

QUò faciliùs litterarum formæ, quas hoc in Opusculo attulimus, à Tyronibus dignoscantur, omnes in unam Tabulam colligere, non inutile visum est.

A. Prima forma prisca est, & vulgaris usûs: secunda in Jonicis Inscriptionibus observatur: tertia in calce antiquæ Iconis marmoreæ Aristophanis Romæ: quarta in Inscriptione Ancyrana: quinta in Nummo Æsillæ, & in vetustissimis Codicibus passim: sexta in Deliaca Inscriptione: septima in Nummis Antiochorum: octava ex marmore Diodori Papiæ: nona in Inscriptione Ancyrana sub M. Aurelio fortassis posita: quatuor sequentes in Gemmis Basilidianorum: decimaquarta in marmore apud Gronovium: decimaquinta in Glossario Laudunensi: reliquæ omnes à nono sæculo in Codicibus conspiciuntur.

B. Hæc forma prima est, & vulgaris: secunda extat in marmore Baudelotiano: tertia Antiochorum, ut & omnes aliæ punctis notatæ: quarta in Gemmis Basilidianorum: quinta in Chyndonactis Inscript.: sexta, & septima in Codd. VII., vel VIII. sæc.: octava in Manuscripto Laudunensi: nona in Cod. Colbertino VIII., vel IX. sæc.: quatuor sequentes in Codicibus à IX. sæc.: ultima in Inscript. prima Cryptoferratensi cap. 4. pag. 25.

Γ. Hæc forma prisca est, & semper in usu fuit: secunda in marmore Baudelotiano: tertia in Columnis Farnesianis: reliquæ a IX. sæculo in Codicibus.

Δ. Sic priscè scribitur: secunda forma Jonica est: tertia

tertia in marmore III., vel IV. ſæc.: quarta in Mss. charactere unciali à VII. ſæc.: tres ſequentes in Cod. Lactantii: octava, nona, & decima a IX. Sæc. in Codicibus: Ultimæ duæ in Inſcriptione Cryptoferratenſi ſecunda c. 4.

E. Prima forma priſca eſt: ſecunda in marmore Deliaco: tertia in marmoribus, & nummis ab initio Romani Imperii, & in Exemplaribus unciali charactere ſcriptis ſemper: quarta in marmoribus Neapolitanis, & in Libris a X. ſæculo: quinta in Libris unciali charactere ſcriptis ab VIII. ſæculo, & in aliis poſterioris ævi: ultima in Codicibus a IX. ſæculo.

ϛ. ἐπίσημον βαῦ hanc habet formam in vetuſtis nummis, & marmoribus, & in Alphabetis Græcis, Latinâ manu conſcriptis ad uſque XI. ſæculum: ſecunda in vetuſtis item libris: tertia in quibuſdam Inſcript. Auguſtorum tempore: quarta in nummis Gallieni, & nonnumquam in aliis ejuſdem circiter ævi.

Z. Prima forma antiqua eſt, & vulgaris usûs: ſecunda in Inſcriptionibus Jonicis: reliquæ paſſim in Codicibus conſpiciuntur.

H. Hæc forma pro ſpiritu tantùm apud veteres in uſu erat: ſecunda, quæ eſt E vulgare, pro ἦτα adhibebatur antiquitùs: tertia in Epitaphio Coſmiæ: quarta, & quinta a IX. ſæculo vulgares ſunt.

Θ. Sic antiquè ſcribitur: ſecundam formam videre eſt in marmore Farneſiano: tertiam in Inſcriptione Deliaca: quarta eſt ſub icone Theophraſti Romæ, & alibi: quinta vetus forma eſt, & non infrequens: ſexta in antiquis Tabulis Siculis Gualtheri: ſeptima in

Codi-

Codicibus unciali charactere ſcriptis a VII. vel VIII. ſæculo: reliquæ a IX. ſæculo vulgares ſunt.

I. Priſcam formam ſemper ſervavit.

K. Prima forma priſci eſt, ac deinde continui usûs: ſecunda Antiochorum: tertia a VII. ſæculo uſurpata fuit: reliquæ ab IX. ſæculo in Libris locum obtinuere.

Λ. Hæc forma priſca eſt: ſecunda prodit ex marmore Baudelotiano, & ex nummo *Dancles*: tertia ex altero marmore Baudelotiano, & nummo Æſillæ, eademque in nummis innumeris pro anno ſignificando ponitur: quarta IX. ut putatur, ſæculo in libros advecta eſt, ut etiam quinta: ſexta in Euchologio Beſſarionis: ſeptima vulgaris eſt usûs.

M. Ita priſcè ſcribitur; altera item vetus eſt: tertia in marmoribus non paucis: quarta in nummo Amyntæ, & alibi: quinta in aliquot vetuſtis marmoribus, & in Manuſcriptis compluribus uncialis characteris: ſexta in Codice Lactantii: ſeptima inter unciales litteras VII. VIII. & IX. ſæculi: octava & nona à nono ſæculo in Codicibus: decima in marmore Cryptofer. primo cap. 4. fol. 31. ultima in Mss. vulgaris eſt.

N. Prima forma priſca eſt: ſecunda in Inſcript. Jonicis: tertia in nummo Amyntæ: quarta in Inſcriptione Papiæ Diodori: quinta in Gloſſario Laudunenſi: quatuor ſequentes à IX. ſæculo vulgares ſunt: decima in Inſcriptione Cryptoferratenſi cap. 4. fol. 31.

Ξ. prima forma annis ante Chriſti ortum 450. videtur advecta, cum primitùs per ſecundam videlicet χ, & σ exprimeretur: tertia in aliquot marmoribus apud

apud Gruterum p. LXXI. & in vetuſtiſſimis Libris occurrit: quarta item in aliquot marmoribus: quinta in nummis Antiochorum: ſexta, & ſeptima in gemmis Baſilidianorum: octava in vetuſtiſſimis Mss. charactere unciali quadrato, & rotundo: cæteræ in Codicibus à VII. ſæculo reperiuntur.

O. Prima forma remotiſſimæ vetuſtatis eſt: ſecunda in nummo Amyntæ, in vetuſtiſsimis marmoribus, atque in gemmis Baſilidianorum paſsim: tertia in Tabulis Siculis Gualtheri, aliiſque marmoribus: quarta, quæ eſt punctum grandiuſculum, in nummis Philippi Macedonis, alibique: quinta, & ſexta in gemmis Baſilidianorum: ſeptima oblonga in Cod. VIII., & IX. ſæc.: poſtrema vulgaris eſt.

Π. Prima formã antiqua eſt: ſecunda item in marmoribus vetuſtiſſimis paſſim habetur: duę poſtremæ vulgares in Codicibus à IX. ſæculo.

ϡ. ἐπίσημον σὰν πῖ, juxta primam, & ſecundam formam in aliquot vetuſtis Mss. occurrit: juxta tertiam in marmoribus Oxonienſibus.

ϟ. ἐπίσημον κόππα, ſecundùm omnes formas ex vetuſtis Libris eruitur.

P. Hæc forma priſca eſt: ſecunda habetur in marmore Baudelotiano: tertia in columna Farneſiana: quarta in Deliaca Inſcriptione: quinta in Inſcriptione Athenienſi An. Chriſti 15. vel 16. poſitâ: ſexta Baſilidianorum: ſeptima in marmore quodam: reliquæ vulgares.

Σ. Sic priſcè ſcribitur: ſecunda forma eſt in marmoribus Baudelotiano, & Farneſiano: tertia in quibuſ-

O dam

dam marmoribus, & in nummis pervetuſtis: quarta in Deliaco marmore, & in nummo Æſillæ: quinta in marmoribus ab initio Auguſtorum, & Cæſarum frequenter, uti etiam ſexta, quæ una in Libris quadrato, & rotundo unciali charactere ſcriptis ad uſque VII., vel VIII. ſæculum deprehenditur: ſeptima in Libris VIII., & IX. ſæculi, qui uncialibus oblongis litteris ſcripti ſunt: poſtremæ à IX. ſæculo vulgares ſunt.

T. Hæc priſca eſt, vulgariſque forma: reliquæ à IX. ſæculo conſpiciuntur.

Υ. Hac formâ antiquè ſcribebatur: ſecunda eſt in nummo Amyntæ: tertia in marmore Andocidis, & in Ancyranis Inſcriptionibus: quarta in gemmis Baſilidianorum: quinta in Epitaphio Diodori Papiæ: ſexta in Chyndonactis Inſcriptione: ſeptima in Codicibus VI. VII. VIII. & IX. ſæculi unciali charactere deſcriptis: tres ſequentes à IX. ſæculo deprehenduntur: ultima in Inſcriptione Cryptofer. ſecunda cap.4.

Φ. Ita primitùs effingebatur: ſecunda forma habetur in calce Iconis vetuſtiſſimæ Theophraſti Romæ: tertia in Nymphodori Inſcriptione, alibique: quarta in marmore quodam Inſulæ Syro: quinta in gemmis Baſilidianorum: tres ſequentes in Mss. à IX. ſæculo: poſtrema in marmore Cryptofer. cap. 4.

X. In omnibus formis nihil fere mutavit à priſca figura: ſecunda à IX. ſæculo vulgaris eſt.

Ψ. Parùm deflexit a priſca forma: ſecunda in gemmis Baſilidianorum, & in Mss. unciali charactere VIII. & IX. ſæculi: tertia vulgaris eſt a IX. ſæculo.

Ω. Hæc

A L P H A B E
VARIÆ PER ORDINE

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
A Λ Α Λ Λ Λ Α Λ λ Α

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
Β Β Β Β Β Β Β Β Β Β Β Β Β Β

Γ Λ ∫ γ ſ V

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
Δ D Δ Δ Δ Δ ◇ δ Δ Δ Δ Δ

Ε Ε Є ε ϵ Ϭ

ϛ F C S

Ζ Ξ Ζ Ζ 3 ζ 3 ζ ζ

Η Ε Կ h n

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
Θ ⊗ ⊕ ⊟ Θ ◈ θ θ ϑ Θ Θ θ Θ

Ι ι

Κ Κ G κ Κ ϰ

Λ Ι L Λ Λ Λ λ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
Μ Μ Μ Μ μ μ Μ μ μ Μ μ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
Ν Ν Ν Ν Ν μ ν υ Η Ν

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14.
Ξ Χ ξ ξ ξ Ξ Ζ Ξ Ζ Ξ Ξ Ζ Ξ ξ

Ο □ ◇ ● ◇ ◇ ο ο

Π Π π π

ϡ Λ Ϟ

ϟ ϙ Ϙ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
Ρ Ρ R Ρ Ρ Ρ Ρ ρ ρ ρ

Σ ϥ ξ S Ε c c σ ς

Τ 7 Τ τ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
Υ Կ Υ V V V γ υ υ υ Ц

1 2 3 4 5 6 7 8 9
Φ Φ ϕ Φ Φ φ φ Φ Φ

Χ χ

Ψ ψ ψ

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
Ω Ο Ω W U W ω ω Π ∞ ω

A L P H A B E T

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ϱ ς τ υ φ χ

θ η ζ ϛ ε γ β α ϛ π ο ξ ν μ λ κ ϡ ω ϯ χ φ υ

1. ϙ.ϭ.ɔ.ϭ.ɔ.=

Ψ.//.Ξ.Ο.ΔΔ.d.

2. ΛΒ.Τ.Α.Ξ.Ζ.

Ν.Ξ.Ξ.Γ.Ρ.Ε.

3. Λ.Β.Γ.Δ.Ε.Ι.Η

Ι.Ο.Γ.Ρ.Σ.Τ.

4. б.ϭ.ɔ.2.

ϰ.ϭ.

ϑ

T I G R Æ C I

EM ÆTATIS FORMÆ.

11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

15 16 17

A ARCANA.

pag. 107.

H·O·I·B·Λ·H·

·Θ·I·K·Λ·M·N·

Ω: Hæc forma ante Christum annis circiter 450. inducta est; prius autem per secundam O simpliciter scribebatur: tertia in Nymphodori Inscriptione est: quarta in Tabulis Siculis Gualtheri: quinta in marmoribus Oxoniensibus: duæ sequentes in marmoribus: octava in marmoribus, & nummis passim ab Imperio Augusti, in Libris item omnibus cujusvis ætatis: nona in Chyndonactis Inscriptione: reliquæ à IX. sæculo vulgaris sunt usûs.

Quoad arcanas verò formas, quæ in inferiori Tabulæ parte repræsentantur, consule supr. Cap. X. p. 79.



APPENDIX

Bibliothecarum, quas in decursu Operis indicandi locus non fuit.

De Bibliothecis Orientalibus.

Post captam Constantinopolim variis in locis mansere veterum Bibliothecarum reliquiæ, quas memorat Antonius Verderius, & post eum Antonius Possevinus. Multas etiam ad hanc usque nostram ætatem devenisse narrant.

In Monasterio S. TRINITATIS in CHALCE Insula prope Constantinopolim Manuscripti Codices Græci exstant, sed numero pauci.

In MONTE ATHO varias esse refert Bibliothecas Joann. Comnenus in descriptione Montis Atho: nimirum.

In Monasterio Magnæ Lauræ, supra Narthecem est Bibliotheca mirabilissima; in qua reperiuntur Libri multi veteres Mss. pretiosissimi à Viris sapientibus, & eruditis descripti.

In Monasterio VATOPEDII, supra Narthecem est Bibliotheca ditissima, & in Scevophylacio alia item reperitur multis, & utilissimis instructa Libris.

In

In Monasterio IBERORUM, Bibliothecæ ſunt tribus in locis opulentiſſimæ, Libris multis veteribus & novis inſtructæ, & Chryſobullis multorum Imperatorum, Patriarcharum, & Authentarum.

In Monasterio DIONYSII, Bibliotheca eſt ditiſſima, & circùm porticus ad proſpectum, in qua varia multorum Imperatorum Chryſobulla, ac Chartæ ſigillatæ Patriarcharum, variorumque Authentarum.

In aliis item Græciæ Monaſteriis hodiernis Codices ſuperſunt non ita multi: itemque in privatorum domibus. Jacobus Sponius in Itinerario narrat, Corcyræ penes Hieronymum Vlach Cretenſem multos Codices Græcos eſſe, inter quos 20. *circiter* ἀνέκδοτοι, inediti.

In Zacyntho Inſula Agapitum Papam Bibliothecam habere, ubi Codex nondum editus de Vitis SS. Patrum, Archiepiſcoporum, Abbatum, & Calogerorum.

In Monaſterio PENTELI, prope Athenas; omnia ferè Patrum opera in Mss. haberi, refert idem Sponius.

De Bibliothecis Occidentalibus posteriorum temporum, ubi Codices Græci extant.

IN ITALIA.

ROMÆ.

Bibliotheca VATICANA Græcorum Mss. tria millia circiter complectitur, quos inter Libros multi sunt vetustissimi, pretiosissimique. Ea primùm à Nicolao V., deinde à subsequentibus Pontificibus, cujusvis generis Manuscriptis, speciatimque Græcis multis aucta fuit.

BARBERINAM Bibliothecam ex multis, quos habet, Libris Mss. Græcos 500. & eò amplius (inter quos non pauci vetustissimi, & eximii) præter alios Orientalium linguarum Arabicæ, Persicæ, Turcicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, Armenicæ, Æthiopicæ, Copticæ, Hebraicæ, & Samaritanæ, asservare narrat mihi V.E.D. Philippus Vitalis Hieromonachus Cryptoferratensis, & Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini Bibliothecarius.

Eminentissimi Cardinalis OTTOBONI Bibliotheca Codices habet Bibliothecæ olim de ALTAEMPS, aliosque multos, inter quos Græci sunt tantummodò 400.

CHIG-

CHIGGIANA ad 30. Græcos Codices habet, quorum quidam magni pretii ſunt.

In Bibliotheca S. MARIÆ IN VALLICELLA aliquot Græci Codices, Latini multi recenſentur.

In COLLEGIO ROMANO RR. PP. Jeſuitarum Codices Græcos non ita magno numero exſtare dicunt.

In Bibliotheca Illuſtriſſimi Abbatis DOMINICI PASSIONEI. 200. circiter Græci Codices ſervantur.

De Bibliotheca RR. PP. S. BASILII vide ſupr. pag. 45.

De Bibliotheca CRYPTOFERRATENSI vide ſupr. pag. 46.

NEAPOLI.

In Monaſterio S. JOANNIS DE CARBONARIA, Auguſtinianorum, extant Codices Græci 100., ex quibus vetuſtiſſimi, eximiique ſunt.

In Monaſteriis CALABRIÆ Ord. S. Baſilii Magni multi variis in locis Codices Græci reperiuntur.

IN SICILIA.

In Monaſterio S. SALVATORIS Meſſanenſi 150. ſervantur Græci Codices: plerique omnes SS. Patrum opera complectuntur.

In

In aliis item Monasteriis ORDINIS S. BASILII Græcos haberi Codices non paucos compertum est.

IN HETRURIA.

SENIS.

In NOSOCOMIO exstare dicunt autographum Commentariorum S. Joannis Chrysostomi in Joannem.

FLORENTIÆ.

Bibliotheca LAURENTIANA Codices Græcos Mss. habet circiter 1000. *A Cosma primùm, deinde à Laurentio, reliquisque Magnis Hetruriæ Ducibus collecta est.*

De Bibliotheca S. MARIÆ RR. PP. Benedictinorum *vide supr. pag.* 80.

In Bibliotheca S. MARCI, Dominicanorum, inter Codices plurimos 40. *circiter Græci tantummodò recensentur.*

BONONIÆ.

Bibliotheca est CANONICORUM REGULARIUM, *de qua vide supr. pag.* 61.

VENETIIS.

Bibliotheca S. MARCI Codices Græcos omnes Cardinalis nostri Bessarionis ad 600. *circiter habet; qui (uti fertur) triginta millium aureorum pretio à Bessarione empti sunt.*

In

In Ædibus CAROLI GRIMANI *Patritii Veneti Bibliotheca est Codicibus Græcis instructa, ut ajunt, plus minus 60.*

Bibliotheca SS. JOANNIS & PAULI Dominicanorum Cod. Græcos continet circiter 20.

In Bibliotheca V.Cl. BERNARDI TREVISANI nobilis Veneti Cod. Græci sunt non pauci.

Sunt etiam Venetiis Musæa nonnulla, in quibus Græci Codices reperiuntur; ut illud Excellentissimi Julii Justiniani, in quo 80. numerantur; Meletii Typaldi Archiepiscopi Philadelphiæ, in quo 50. circiter, & alia; de quibus, aliisque tùm Bibliothecis, tum Musæis agit Philippus Thomassinus in Libro de Bibliothecis Venetis.

PATAVII.

In Bibliotheca Canonicorum Regularium S. JOANNIS IN VIRIDARIO, 60. circiter Græci Codices sunt.

In Bibliotheca S. JUSTINÆ admodùm pauci: in THEATINORUM *pauci: in* CORRADINA *pauci: in Nicolai Trivisani 40.*

MUTINÆ.

Bibliotheca Sereniss. DUCIS Mutinensis Mss. Codices Græcos multos habet.

PARMÆ.

In Vestibulo quodam exstant duo septa, as-

ſeribus admotis circumquaque clauſa, ubi Codices Mss., inter quos procul dubio Græci non pauci, ab aliquot annis inutiliter tumulantur.

MEDIOLANI.

In Bibliotheca AMBROSIANA Codices Mss. multi ſunt, inter quos Græcorum numerus non multùm abeſt ab 500. *vel* 600.

IN GALLIA.

LUTETIÆ.

Bibliotheca REGIS CHRISTIANISSIMI à Franciſco I. Græcis Mss. primùm locupletata eſt; deinde à ſubſequentibus Regibus, maximèque ab Henrico II. Henrico IV., ac demùm ſub Ludovico Magno aucta eſt maximopere. Vide ſupr. pag. 52. *in fin.*

De COLBERTINA Bibliotheca. Vid. ſupr. pag. 41. *in fin.*

COISLINIANA Codicibus multis inſtructa Græcos Codices habet circiter 400.

In Bibliotheca Illuſtriſſ. D. HARLÆI multi Codices Mss. habentur, ac in iis Græci aliquot optimæ notæ.

De Bibliotheca COLLEGII LUDOVICI MAGNI. Vide ſupr. pag. 64. *in fin.*

De Bibliotheca S. GERMANI A PRATIS. Vide ſupr. pag. 43. *in fin.*

MES-

MESMIANA Codices habet bene multos, Græcos autem circiter 200.

Bibliotheca Illustriss. D. FOUCAUT inter multa Mss. exemplaria 30. circiter Græca habet.

Bibliotheca DOMINICANORUM in Vico S. Honorati Codices Mss. non paucos habet, in iisque Græci circiter 20. sunt.

Bibliotheca RR. PP. ORATORII, in eodem Vico, Codices habet non paucos, inter quos Græci nonnulli.

In Bibliotheca clariss. EUSEBII RENAUDOTII Græci aliquot Cod. sunt, inter alios multos.

In Bibliotheca clariss. V. STEPHANI BALUZII multi Codices Mss. sunt, Græci autem 30.

REMIS.

In Bibliotheca S. REMIGII RR. PP. BENEDICTINORUM, habentur, inter exemplaria Mss. bene multa, Codices Græci circiter 60.

EBROICIS.

Bibliotheca S. TAURINI Ebroicensis RR. PP. Benedictinorum Codices Græcos Mss. habet circiter 30.

DIVIONE.

In Bibliothecis Illustriss. D. BOUHIER DE SAVIGNI, itemque DD. DE LA MARE, & LANTIN habentur Codices Græci pauci.

TURONIS.

Bibliotheca Domini DU POIRIER *Codices Mss. Græcos habet paucos.*

IN ANGLIA.

OXONII.

In Bibliotheca BODLEJANA, *ex* BAROCIANA *Veneta, manuscripti Cod. habentur* 246.

In COLLEGIO UNIVERSITATIS, *& in* BALIOLENSI *paucissimi: in* MERTONENSI *aliquot.*

In COLLEGIO NOVO *ad* 60. *circiter.*

In LINCOLNIENSI *paucissimi.*

In Collegio CORPORIS CHRISTI *Græci Codices circiter* 20.

In Collegio S. JOANNIS BAPTISTÆ *paucissimi asservantur.*

In Colleg. S. MARIÆ MAGDALENÆ 16.

CANTABRIGIÆ.

In Collegio S. EMANUELIS *pauci.*

In Collegio S. TRINITATIS *circiter* 20.

In Collegio SIDNEY-SUSSEX *pauci.*

In Collegio CAJO-GONVILLENSI *pauci.*

In Collegio S. BENEDICTI *item.*

In Bibliotheca Publica pauci.

In Ecclesia Cathedrali VVest-Monasteriensi admodùm pauci.

In

In Bibliotheca ISAACI VOSSII *Codices Græci ſunt mss.* 214.

LONDINI.

In Bibl. ABRAMI SELLERI *pauciſſimi.*

In Bibliotheca THOMÆ GALE *circ.* 200.

EDVARDI BERNARDI *Bibliotheca paucos Codices Græcos habet.*

Bibliotheca JACOBÆA *Codices Græcos habere dicitur* 42.

Bibliotheca GEORGI VVELERI *Codices Græcos aſſervat* 79.

Bibliotheca JOANNIS MORI *Epiſcopi Norvicenſis Codices Græcos continet paucos.*

IN GERMANIA.

De Bibliotheca CÆSAREA. *Vide ſupra pag.*42. *in fin.*

MONACHII.

In Bibliotheca Sereniſſimi BAVARIÆ DVCIS, *& Electoris, ducenti ſexaginta duo Græci Codices recenſentur in Catalogo Ingolſtadii edito anno* 1602.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.

In Bibliotheca 122. *Græcos Codices enumerat Catalogus editus an.*1595. *à Davide Haſchelio auctore.*

BASILEÆ item Bibliotheca est multis Græcis instructa mss. Codicibus.

IN BATAVIA.

LUGDUNI BATAVORUM Bibliotheca est, in qua, inter mss. Codices, non pauci Græci numerantur.

LOVANII.

RR. PP. JESUITÆ Codices Græcos omnes, qui olim Justi Lipsii fuerant, habere dicuntur à Miræo in Vita Justi Lipsii.

Finis Græcæ Palæographiæ.

DE RECTA
Græci Sermonis Pronunciatione.
DISSERTATIO.

NOn abs re fore duximus, si Græcorum Palæographiam breviter jam complexi, de veteri etiam eorundem, ac germana *Pronunciatione* tantisper disseramus. Rem antea haud dubiam Recentiores quidam, Viri cæteroquin Docti, in dubium revocarunt controversiis suis, sed immeritò, ut ex dicendis patebit.

CAPUT I.

De Literis B, & Γ *ante* γ, κ, ξ, χ.

PRimam, ac potissimam dissentionis causam inter doctos præbent duæ litteræ B, & Γ positæ ante litteras γ, κ, ξ, χ.


Mekerchius, Scapula, & alii quamplurimi contendunt B duriusculè pronunciandum esse, non verò instar V consonæ; idque probant Hebræis, Latinis, Gallicis &c. vocibus, in quibus B Græcorum, ut B latinum duriusculè profertur. Insuper ex ipsius litteræ B figura, quæ Græcis, & Latinis eadem est. Sed his omnibus συντόμως sic reponimus. *Quid de sono β?*

Ac primùm vox Hebræa *Beth*, ex qua B Græcum nomen habet, semper quo ad se flatum possidet, ut notat Vossius *lib.* 1. *Gramm. c.*27. ideòque ad B Græcorum molliusculè enunciatum apprimè convenit.

Lati-

Latini verò B ſuum cum V conſonante adeò confuderunt, ut ipſi Grammatici vicinitate ſoni perturbati unam pro alia ſcribi juſſerint: hinc *bernam*, non *vernam*, *beſicam* non *veſicam*; *balvas* pro *valvas* ſcribi injunxit Adamantius Martyrius. Quin imò in Nummis Trajani Cæſaris apud Occonem DANUVIUS, & DANUBIUS promiſcuè excuſum legitur. Idemque invictè probant vetuſta marmora paſſim occurrentia apud Gruterum, Reineſium, Fabrettum, alioſque; quibus addere hìc juvat Inſcriptionem (*a*) *vid. pag. ſeq.*) nuperrimè erutam, in qua videre eſt PRIMITIBO pro PRIMITIVO, & B. A. XII. nempe BIXIT ANNIS XII. pro VIXIT &c. uti in ſubjecto Schemate ad autographi fidem excuſo animadvertis.

Apud Caſſiod. in Collect. de Orthograph.



D. M.

D· M·
FANIO·PRI
MITIBO·
QVI·B·A·XII·
ALVMNO·IN
CONPARABILI·
FANIVS·
CORINTVS·
ET·SOFIAS·
FECERVNT·

(*a*) Inſcriptio iſthæc eruta eſt hoc eodem A. D. 1735. ſub initium Menſis Aprilis in ea declivi everſi Tuſculi parte, quæ ad Occidentem vergit, rectàque ſubjacet diruto illi *Superiori Gymnaſio*, quod a Cicerone *lib.I. de Divin. Lyceum* nuncupatur, nunc vulgò *Scuole di Cicerone*. Porrò hic locus cum excavaretur, reliquias nobiliſſimæ Villæ exhibebat, fruſta nimirùm *Gentilium* marmorum, columellas, reticulatos muros, aquæductus, variaque veſtigia Fontis pulcherrimi, ſtructumque è verſicoloribus lapillis affabrè diſpoſitis pavimentum. Caput præterea marmoreum ibidem repertum eſt (quod paulò poſt in plures abiit particulas) nec non truncus Statuæ, ad quam caput fortaſſè pertinebat. Gens *Fannia* nobiliſſima Romæ fuit & Conſularis ob duos *C. Fannios Strabones* Conſules, quorum alter ad annum V. C. 593. Legem ſumptuariam condidit, teſte *Plin. lib.X. cap.* 50. & *Aul. Gellio lib.II. cap.* 24. Alter ad annum 632. Conſulatum geſſit, ut in Faſtis. An autem ad hanc gentem, ejuſve Libertos Lapis pertineat, ut non temerè aſſerendum, ita non omnino negandum mihi videtur; cum facilè accidat, ut unâ, aut alterâ litterâ ejuſdem Familiæ nomen varietur. *Alumnum* verò hoc loco idem eſſe ac *Filium*, patet ex *FANIO Corinto* ejus parente, ſaltem adoptivo; unde fieret, Libertinæ ad ſummùm conditionis iſtos fuiſſe, non autem ſervilis, prout ſecus ſuadere poſſet defectus Prænominis. Cæterùm hunc lapidem ad Excell. Principem D. Camillum Burgheſium ejus fundi Dominum, audio, eſſe aſportandum.

Q Sed

Sed quid Germani? nonnè ταβλη est illis *Zafel*? στέμβειν, *stampfen*? &c. Quid Galli? βολὶς nonnè apud istos est *flis*, θρίαμβος *triomphe*, θριαμβεύειν *triompher*? Quin etiam apud ipsos Græcos βῆτα in φ mutatum est; adeò liquet, pronunciatum illud fuisse molliusculè: Dicunt enim βλάξω, & φλάξω; βάσκω, & φάσκω; στροβέω, & στροφέω.

Cur item Græci ex Latino *Verissimum*, βηρίσσιμον, ut Herodianus; *Ova*, ὦβεα, ut Hesychius; *Novum comum*, νοβουμκόμουμ, ut Strabo, effinxerunt? Certè non ita scripsissent, nisi V consonantis potestatem huic B literæ tribuissent. Accedit, quòd in Libris manuscriptis,& quidem antiquis,& emendatis,sæpissimè alio charactere a Græcis exaratur β, videlicet ad formam u Latinorum; ex quo utique apparet, Græcos optimè scivisse, βῆτα Latini u potestatem possidere. Verum quidem est,figuram illius literæ eandem esse cum B latino;sed quid inde? anne Græci a Latinis pronunciationem ediscent?

Audiatur tandem Magnus Scaliger de βῆτα amicos sic instruens: *Vitiosa est pronunciatio Græcæ Litteræ Beta; nam Græci neutiquam hoc modo pronunciant, nec ita exprimentes intelligerent.*

Quid littera γ ante γ, κ, ξ, χ, sonat?

Ab laudatis Auctoribus non probatur mutatio τῦ Γ in N ante aliud γ, κ, ξ, χ. Qua enim, inquiunt, ratione N convertitur in Γ, ut ipsum dein γ sicut ν pronuncietur? Aut quid obstat, quominùs dupplex γγ, ut dupplex gg in voce *agger* enuncietur?

Sed hæc sanè verba sunt, non rationes;atque ea satis abundè dissipat una sententia duorum Illustrium Virorum,

rum Nigidii ſcilicet, & Victorini. Alter ſiquidem ait: *Inter litteram* N, *&* G *eſt alia vis, ut in nomine anguis, & angaria, & anchora, & increpat, & incurrit, & ingenuus; in omnibus enim his non verum* N, *ſed adulterinum ponitur. Nam* N *non eſſe, lingua indicio eſt; nam ſi ea littera eſſet, lingua palatum tangeret*: Alter verò hæc habet: *Græci cùm ſcribunt* ἄγγελος, ἄγγος, *& ſimilia, ſi ſyllabam* AN *ſequatur ſyllaba, quæ initium ducit à* G, *& à* C, *convertunt* N *in Litteram* G, *& pro* N, G *ſcribunt, ut* ἄγγελος, ἄγκυρα, ἄγχιστα, *cùm inter* N, *&* G *medium ſonet vocis productæ*.

Apud Agellium lib. 19. Cap. ultim.

Verùm ad exempla veniamus. Non raró in Libris, Nummis, Lapidibuſque N expreſsè ponitur ante prædictas litteras. Et quidem in Codice Pariſino Epiſtolarum Paulinarum (*Rom. c. 16.*) σύνκειτον ponitur pro σύγκειτον. In Codice antiquiſſimo quatuor Evangeliſtarum Academiæ Baſilienſis legitur παλινγενεσία pro παλιγγενεσία (*Matth. c. 19. v. 18.*), & verſa vice reperitur ἐγγήρει pro ἐν γήρει (*Luc. 1. 37.*) In nummis optimæ fidei promiſcuè cuſa videas σύνκλητος, & σύγκλητος, ἀνκύρας, & ἀγκύρας. In Lapideis Græciæ monumentis Cl. Sponius συνγενῶς, & συνχωρήσωσιν ſcripta obſervavit.

Cod. eſt VII. Sæculi.

Codex ſcriptus eſt ante 1000. annos.

Quid? nonne Latini ipſi hoc γ in ν tranſmutarunt? nonne Syrus interpres εὐαγγέλιον *Evangelion*, ἀνάγκη *ananki*, κεγχρεαὶ *kenchreus* tranſcripſit; & γ ante γ, κ, & χ per ν ſuum expreſſit? Utinam hæc ſeriò animadverterent, qui nobis adverſantur: equidem non reprehenderentur a ſummo Viro Scaligero his verbis: *Neoteriſtæ nobis hodie curva corrigunt; & cùm vix primori-*

bus labris Græca deguſtarint, leges pronunciandi dictant. Quid dicent de nomine ἄγγελος? an putant aggelos antiquis pronunciatum? ſi putant, quare ergò Latini per N angelos? Quid de ἀγκύρα audebunt hiſcere? an dicent agcyra? cur igitur nos ancyra? quid quod in quodam ſaxo legitur AN-KYPA?

CAPUT II.

De littera H.

Eraſmi & aliorum rationes pro τοῦ η pronunciatione.

SEd proximum eſt, ut de ἦτα agamus. Ἦτα *apud Latinos vertitur in* E, *& viciſſim* E *Latinum in* Ἦτα; inquit Eraſmus: ergò idem ſonus eſt in utraque littera. Beza autem quærit, *cur* η *à Latinis Græca verba uſurpantibus nunquàm mutetur in* I, *niſi fortaſſe in veſtis ab ἐσθὴς, ſed in* E *perpetuò vel breve, vel longum?* Mekerchius aſſerit, *Legatum* a Juriſconſultis vocari ληγᾶτον, quæ vox quàm abſurdè *Ligaton* proferretur, nemo non videt. Ita tres illi anteſignani, aliique poſt ipſos. Utque magis ſuam firment ſententiam, urgent nos (quis unquam riſum tenebit?) balatu ovicularum, capellarum, & porcellorum grunnitu, ut in Diphthongorum Diſſertatione apparebit.

Checus itaque, & Mekerchius producunt in medium verſiculum illum, quo Cratinus ovium vocem expreſſit.

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Hic ſtultus inſtar ovis be be clamans incedit.

Et ſanè Græci ab eodem ſono capras faciunt μηκᾶν, & oves

& oves βλήχειν, teste Varrone; quòd *be*, non *me* sonare videantur. Unde Andreas Helvigius ita concludit: *Si βῆ βῆ veteres Græci legissent vi vi, sequeretur aut ovium naturam versam esse, aut degeneres saltem oves græculas aliam à nostro pecore vocem edere.*

Hùc usque τοῦ ἦτα assertores: quibus singillatim faciemus satis. Ac primò dicimus, Erasmi propositionem omninò non subsistere; idque non tot, quin pluribus probamus exemplis. Latini enim a γεννητὸς *genitus*, a γεννήτωρ *genitor*, a δμήτωρ *domitor*, a δμητὸς *domitus*, a ῥῆγμα *rima*, a δαψιλὴς *dapsilis*, a νὴ & μεῖον *nimium* effinxerunt per I semper, non autem per E. Item Interpres Codicis Sacri, qui Græca maximè secutus est, a Græco κεδημώθ *Cedimoth*, ab ἦρ *Hir*, ἡσαΐας *Isaias*, a σηείμ *Siim*, a κανδάκης *Candacis*, a γεθσημανῆ *Gethsemani*; Syrus autem *Gethsiman*. Græci verò nonne a Latino *Censitori* κηνσήτορι, a *Comiti* κόμητι, ut M. Basilius? ab *Herminio* ἑρμηνίῳ, ab *algidum* ἀλγηδόνα, ut Dionysius Halicarnasseus? nonne a *Brixia* βρηξία, a *Numitor* νουμήτωρ, ab *Hirpini* ἱρπηνοὶ, ut Strabo Geographus, formarunt? Ab Hesychio *ambitiosus* ἀμβητιῶσυ, a Suida *commonitorium* κομμονητήριον, a Balsamone *comitatum* κομητάτον, a Sgyropulo *Cardinales* καρδηνάλιοι dicuntur. Sed ad Latinos redeamus. Isidorus ἐπιχείρημα mutavit in *epichirima*, ὄρχηστρα *in orchistra*; Hieronymus λεβητονάριον in *Levitonarium*, Dionysius Exiguus βῆρος in *birrus*, Prudentius παράκλητος in *Paraclitus*, Alcimus σμῆγμα in *smigma*, Agellius κηφήσια in *Cephisia*, Cornelius Nepos γυναικονίτης in *gyneconitis*,

Rationes supra allatæ refelluntur.

Justinus μύρταλης in *myrtalis*. Ecquid unquam tritius in cantibus sacris illo *eleison* idest ἐλέησον, quâ prece Ecclesia non herì, vel hodie usa est, sed ab antiquissimo tempore, ut a Gregorii Magni Epistolis accepimus.

His adde, quòd quamvis a Græco βλασφημία *blasphemia*, a θρῆνος *threnus*, a κυρηναῖος *Cyrenæus*, & similia forment Latini; nihilominus in citato Codice Basiliensi, ante mille nimirùm annos exarato, legitur βλασφιμίαν, κυριναῖος, ἐθριννήσαμεν, omnia ἰῶτα expressa. Cur hoc in Libro in ipsa Græcia a Græco viro descripto, nisi quòd *pronunciationis* similitudo exscribentem deceperit? Denique in vetusto Codice Cryptof. l.L. n. 22. θρῆνος per ἰῶτα in eodem Canone sæpe scribitur; ita ut illud ἰῶτα ibi non solùm indicet τοῦ η, cujus loco ponitur, antiquam & sibi consonam pronunciationem, sed etiam Canonis acrostichida; litteram scilicet initio troparii congruentem, obsignat: quod quidem casui non cedit.

Unde autem factum sit apud Auctores, ut alii ἦτα in E Latinum, & vicissim E in ἦτα Græcorum, alii verò ἦτα in I Latinum, & hoc in ητα Græcorum transmutaverint? Respondeo, hoc discrimen inde ortum esse, quòd priores orthographiam, & leges Grammatices, posteriores sonum exilem Græcis usurpatum observaverint: præsertim cum ipsos Romanos E suum dubio sono protulisse constet. Qua autem in re hæc varia litterarum conversio nostris patrocinetur Adversariis, nondum satis intelligo. Nec magis percipio allatum ab Mekerchio exemplum in vocabulo ληγᾶτον; cum longè absurdius sit, ληγᾶτον pronunciare *legaton* E laxo, quàm *ligaton*:

gaton: Illud enim neque cum Græco, neque cum Latino congruit idiomate; hoc uſui Græcorum ex aſſe reſpondet.

Venio nunc ad Cratini auctoritatem; & liberum fuiſſe, dico, unicuique genti ſonum inarticulatum, & confuſum pro genio ſuæ linguæ exprimere. Quamobrem non eſt neceſſe, ut propter balatum ovium βὴ legamus *be*, aut μῆλα *mela*; præſertim cum allatæ voces etiam brutis aliis animantibus ſint communes. Heſychius, & Suida tradunt, quod μῆλα κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα καλοῦνται· κατ' ἐπικράτειαν δὲ τὰ πρόβατα, καὶ αἶγες. Μῆλα *omnia in genere denotat quadrupeda, in ſpecie verò oves, & capras*: nec tamen inferre licet ab hoc nomine omnia quadrupeda inſtar ovium balare. Immò La-Cerda Vir eruditione Illuſtris (*in Adverſariis*) ſatis comprobat, qua ratione hoc vocabulum μῆλα olim fuerit pronunciatum. Etenim oſtendit, apud Veteres *milum* nummi genus fuiſſe, ove ſignatum, quòd ovis Græcè μῆλον vocetur. Si *milum* tunc temporis per E laxum prolatum fuiſſet, nemo de *milo* unquam ſomniaſſet.

Dicuntur quidem Capræ μηκάδες, ſed & ab Heſychio dicuntur μίκλαι, quòd hoc animantis genus obſcurum quemdam ſonum ad I magis, quàm ad E accedentem edere attentiùs deprehenderit. Euſtathius inſuper hanc ſoni imitationem, in hac voce μηκάδες, non ſolùm de Capris, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ νεβρᾶδος, καὶ λαγωοῦ, *ſed & de Cervo, & de Lepore* uſurpari dicit. Videant hinc Viri Docti, quàm infirmis nitantur rationibus.

Hæc etſi ſufficerent pro tuenda germana τοῦ ἦτα pronunciatione; addimus tamen perinſignem Suidæ, & Euſta-

Eustathii locum. Primus itaque hæc habet: βὴ τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς οὐχὶ βαὶ λέγουσιν ἀττικοί: *Attici ad imitationem soni Ovium bi non be dicunt*. Alter verò: Οἱ παλαιοί φασι μιμητικῶς βὴ, οὐ μὴν βαὶ, μίμησιν προβάτων φωνῆς. *Veteres ut exprimant sonum ovium, bi non be pronunciant*. Quibus verbis expressè distinguunt nativum Ovicularum sonum ab illo, quem Athenarum incolæ illis tribuunt. Quid, quæso, opus fuisset hac distinctione, si βὴ Atticis fuisset *be* tono laxiore, quod leges novæ *Pronunciationis* exposcunt? Quid obstat modò, si in Cratini versiculo *bi* non *be* legamus, cum ex citatis Auctoribus constet, vocem ovium ita expressam fuisse? Sed ferinis hujusmodi argumentis (Platonis pace dictum sit) insignem veritatis arcani locum apponamus: Οἱ ἡμέτεροι, τῷ I καὶ τῷ Δ εὖ μάλα ἐχρῶντο. Νῦν δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ I ἢ E ἢ H μεταστρέφουσιν. ἀντὶ δὲ τοῦ Δ, Z, ὡς μεγαλοπρεπέστερα ὄντα. οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν. οἱ δὲ ἑμέραν. οἱ δὲ νῦν ἡμέραν. *Plat. in Crat.*

Claudo hoc argumentum duplici celebris Salmasii observatione; altera ex Inscriptione Herodis Attici petita, quæ sic habet: ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ prò ἐπιήρανε, ει *pro* η *ponitur. Sic in veteribus Inscriptionibus* ἀσκλειπιάδης, σώτειρ, δειναέια *pro* δηναέια; *quæ scribendi consuetudo satis fidem facit, veteres* η, & ει *diphthongum, ut ἰῶτα pronunciasse*. Altera verò hæc est: *Latini secundùm Græcos (id est secundùm Græcam Orthographiam)* γήπαιδες *gepædes debuerant dicere, sed* ἦτα *Græcorum per I enunciabant, ut* καπηλὸν *capitum, & alia, quæ numero carent.*

CA-

CAPUT III.

De littera Υ.

NUnc celebriora περὶ τοῦ Υ à nostris Adversariis excogitata argumenta perpendamus. Ac primò sic illi ratiocinantur. Hoc gramma, id est ὑψιλὸν, apud Latinos convertitur in V, ut constat ex multis exemplis. Ergò ad illud proximè accedit. *Quid de sono τοῦ Υ?*

Secundò: Notat Gretserus *pag.* 168. Latinos carere literâ ὑψιλῶ, illos autem non carituros, si Υ idem, quod ἰῶτα valuerit.

Tertiò: Erasmus ad Cuculum κοκκύζοντα, Mekerchius ad sues γρύζοντας, ad Ululas ὀλολύζοντας, & ad boves μυκάζοντας nos ablegant, ut germanum hujus literæ sonum addiscamus.

Spectatum admissi risum teneatis, Amici? *Horat. Art. Poet.*

Priori argumento jam aliàs satis superque factum est; cum Græci in scribendo υ, & ι promiscuè passim usurpent ob soni similitudinem. Hinc invenies in Sacris Literis ἱερυχῶν (*Num.* 22.) & ἱεριχῶν (*Num.* 26.). σίμων, συμεὼν (*Matth.* 4. 2. *Petr.* 1.). In nummis verò antiquis apud Occonem conspicies ΝΙΣΑΙΩΝ, & ΝΥΣΑΙΩΝ, ΣΙΡΑΚΟΥΣΙΩΝ, quod Strabo scripsit συρακουσίων, promiscuè posita. Eadem permutatione Auctores ludunt in sequentibus, dùm scribunt κίβισις, & κύβισις; τρίζω, & τρύζω; λίσις, & λύσις: Invenies etiàm alibi τονθορίζω, & τονθορύζω, σκίρος, & σκύρος, ἴννος, & ὕννος, γρυχεῖν, & γριχεῖν, τίρων, & τύρων, & alia

R innu-

innumera. Nunquam certè inducta fuisset tàm crebra permutatio, nisi vicinitas potestatis eam produxisset. His adiicimus alteram Festi observationem. *Dacrimas*, inquit, *pro lacymas Livius sæpè posuit, nimirùm quòd Græci appellant* δάκρυα. Quin immò Græci ipsi annon Latinorum voces per Y scribi solitas per ἰῶτα expressere? Ecce enim *Sylvanum* illi Σιλουανὸν (2. *Cor.* 1. 19.) *Sylvestrum* Σίλβεστρον exarant. Quid, quod & in Epitaphio Uxoris C. Julii Severi, qui in consularibus Tabulis habetur ad annum Christi 155. apertissimè legitur θηγάτηρ pro θυγάτηρ.

Verum quidem est, Y sæpè in V, & V Latinum in Y converti: sed non erat tunc V ferale sonans; exilius erat, quod V Gallicum hodiè vocant, quodque cum I magis congruit, quàm cum V ferali.

Gretsero autem respondemus, Latinos utique caruisse charactere græco, quòd antiquitùs ab Evandro eum non acceperint. Habebant tamen literas sonum ejus exprimentes, V tenue, & I; Plinio apertè testante *l.* 7. *c.* 56. omnium Græcarum literarum vim in Latinis reperiri. Idque inde firmatur, quòd Y in nominibus tantummodò Græcis in Latium traductum dicatur. Quapropter plerique Latinorum hanc literam in sua lingua supervacaneam esse putarunt; teste Terentiano:

Nihil Ausoniis est opus Y sonare.

Sed quid Erasmi, quid Mekerchii tam præclaris exemplis reponendum est? Superiùs in parili argumento observavi, Græcos voces illas bestiarum ad suæ linguæ genium formasse, & feralem illorum animalium clamorem

rem molliuſculè expreſſiſſe. Hinc Suidas duplex nomen Cuculo indit κόκκυξ, & κοδικκος. Sujum grunnitum hoc ficto vocabulo κοΐ expreſſit Ariſtophanes in *Acharn. pag. mihi* 120. quod quid ſimilitudinis cùm Y habeat, peritiores judicent. Boves quidem μυκάζουσι; ſed Heſychius etiam Aſinis, & Camelis μυκάζειν tribuit; quorum clamores multùm inter ſe diſcrepare, omnibus compertum eſt. Rurſus ergo ad oculum patet, Græcos ſuæ libertati in his vocibus aliquantulum indulſiſſe; neque certum literarum ſonum exinde colligi poſſe. Nunc ad Diphthongos properamus.

CAPUT IV.

De Diphthongis.

De recta Diphthongorum enunciatione universim.

EX ipſo vocis etymo arguunt Viri Docti, Diphthongos αι. αυ. οι. ει. ευ. υι. pronunciandas eſſe, ut ai, au, oi, ei, eu, ui. Quid enim ſignificat diphthongus, nonne duplicem ſonum? Quare igitur altera vocalis prorſus abſorbetur?

Verùm non ignorant, credo, Didaſcali iſti, invalida ſæpè peti argumenta ab etymo vocis; quòd ratio ſæpe originis in tenebris lateat recondita. Non ignorant, Jacobum Parcum in ſuo de litteris libello contendere, diphthongos a contrario nomen accepiſſe: quòd quamvis duæ ſint vocales, unicum nihilominus ſonum edant. Quid, quod Curius Lancilotus Paſius in *Gramm. Obſerv.* pernegat, diphthongum è duabus vocalibus vim ſuam ſervantibus conglutinari, quod in αι diphthongo E ſolummodo pronuncietur, A non audiatur.

Prçterea si Latini plerasque diphthongos sono simplici reapse pronunciarunt, quare Grçcos duplici sono pronunciasse dicemus? Certè Priscianus postquam diphthongos a binorum phthongorum, id est sonorum comprehensione dici scripsisset; rem hoc pacto illustrat: *Æ quando à Græcis per διαίρεσιν profertur, secundùm Græcos per A, & I scribitur, ut aulai, pictai.* Patet itaque dictum Auctorem ex dięresi duplicem arguere sonum, quem ante factam dięresim non audiri palam concedit.

Illud etiam planum est, diphthongos inde dici, quòd duarum vocalium notis comprehendantur, quarum altera elegantię, & suavitatis ergo vel absorbetur inter enunciandum, vel in consonę potestatem transit; ut commodè sine oris hiatu una velut syllaba proferri queat. Servat tamen vim diphthongus geminam in scriptura vitandę confusionis causâ, & in *pronunciatione* eo tantùm casu, quo dięresis utramque requisierit.

De diphthongi αι pronunciatione.

Transeamus modò ad peculiares cujusque diphthongi rationes. Pro αι has congerunt Cl. Mekerchius, Beza, & alii: Plutarchus in *Symposiacis l. 9. quæst. 2. p. 737.* scribit, α principatum tenere in litteris, quòd respuat sequi ἰῶτα, & ὖψιλὸν, cum quibus ita positum, unam in syllabam coire nesciat, sed pręcedat semper, & utroque συμφωνοῦντι, καὶ ἀκολουθοῦντι *simul sonante, & subsequente* utatur. Ergo αι ut ai, non ut æ, seu E laxum a Plutarcho prolatum est. Quintilianum autem dixisse, ferunt, Grçcos αι pro ai extulisse.

Prçterea annon adverbia dolendi αἲ, αἰβοῖ, item κλαίειν a soni similitudine dicuntur?

His

His tamen non obſtantibus, meritò contendimus, αι ſemper ut E laxum pronunciatum fuiſſe: idque licet arguere, primò ex vicinitate ſoni, qua vel decepti, vel ex ſpeciali ratione adducti veteres ſcripſerunt πεζόντων pro παιζόντων, πέζοντας pro παίζοντας, κε pro καὶ, ut cernere eſt in multis Inſcriptionibus, & antiquis Codicibus: pręſertim in illo celeberrimo Alexandrino, ubi πεδίον pro παιδίον ponitur; & vice verſa ἄραιστον pro ἄρεστον, φύλαξε pro φύλαξαι. Item in libro Colbertino n. 3084. (quo vetuſtiorem ex iis, qui noti ſunt, nullum eſſe alium putant viri docti) αι non ſemel commutatur in ε. *Codex eſt quarti, vel quinti ſæculi.*

Unde Salmaſius: *Hæc ſcriptura mille locis reperitur in antiquo gloſſarum Codice &c.* Et in Notis in Spart. 165. expreſsè hęc aſſerit: *Græci ε pro αι plerumque ſcribebant: nunquam ſane aliter ſcribit ille auctor Gloſſarii, quod vulgo circumfertur, etiam in Græcis nominibus: apud quem leges in vetuſtiſſimo Codice Bibliothecæ Puteanorum σφέρα pro σφαίρα, ἀκέρεον pro ἀκέραιον.*

Plutarchus verò eodem in loco a noſtris Adverſariis laudato apertè exprimit, qua ratione A principatum teneat in litteris, & ſemper pręcedat neceſſe ſit, ſcilicet quòd ſyllabam unam hic concurſus ancipitum confecerit: idquę hoc modo fieri, certum eſt: A præcedit, & cum ob ſoni exilitatem cum I coaleſcere aliter non poſſit, flectit ι ad ſonum τοῦ ε; ut ſonus ex utroque confuſus, diphthongi natura id exigente, confletur.

Ad auctoritatem Quintiliani dicimus, rectam rationem ſcribendi variis temporibus variè fuiſſe immutatam, ut idem oſtendit *l.* 1. *Inſt. Orat. c.* 7. *Cùm quidam*

ai vel æ ſemper, ut Græci, extulerint αι; alii verò tantùm peculiaribus in caſibus eam obſervarint ſcripturam; ac in quibuſdam ejus loco e uſurparint; inde *factum eſt*, *eodem tempore eandem vocem per AI, AE, & E à Latinis exaratam eſſe, aliis Græcam, Latinam aliis rationem ſequentibus*.

Quod ſanè pro Grecis militat apertiſſimè: cum enim eędem voces modò per AI, modò per Æ ſcriptę, ſculptęve reperiantur apud priſcos Latinos, ut etiam tradit Terentius Scaurus, rectiſſimè infertur, ſono diverſas non fuiſſe; pręſertim cum Grammatici dilucidè aſſeruerint, AI a Latinis uſurpatum Gręcum eſſe, Æ Latinum; hinc ſcripturę diverſitas orta, minimè verò ſoni. Quid his Priſciani verbis apertius? *Æ quando à Poetis per διαίρεσιν profertur ſecundùm Græcos, per A & I ſcribitur*. Itaque more Gręcorum AI per diæreſim diſcretum a Poetis, loco Æ adhibetur; ergo αι Græcum per ſe non ſonat ai, cum ita ſonet tantùm per diæreſim tum apud Latinos, tum apud Græcos, quibus familiare eſt ponere παΐς pro παῖς: unde παῖς per ſe non ſonat *pais*, ſed beneficio διαιρέσεως. Dicant tunc Viri Docti, hodiernam ipſorum pronunciationem non eſſe vitioſam.

De diphthongorum αυ, & ευ pronunciatione.

Sed nè omnia minutim perſequendo, diutiùs, quàm par eſt, uni rei immorer, venio ad Diphthongos αυ, & ευ. Mekerchius aſſerit Y eſſe V Gallicum, atque vocalem, quæ inſtar V conſonantis efferri non poteſt. Terentianus verò *pag.* 189. ait:

Auſpice cum dico, & aurum, ſive Græcis αὔειον:
igitur αυ non effertur per *af*, & ευ per *ef* molliuſculè. Sed

...*Nec*

. . . . *Nec defensoribus istis*

Græcia eget . . . .

Apparet multis in locis,& ex(*a*) Tabula quadam apud Salmasium, quam hìc subiicimus, quomodò αυ pronunciandum sit:ibi enim αὖλον sic (uti vides) scribitur ἄφλον.

ΟΔΕ ΠΕΖΩΝ
ΤΟΝ ΙΣ ΤΑ
ΒΩΛΙΑ
ΙΣ ✠ ΧΣ
ΝΙ ΚΑ
ΚΕ ΒΟΙΘΙ ΤΟΥΣ ΓΡΑ
ΨΑΝΤΑΣ ΑΦΤΟΝ
ΚΑΙ ΠΕΖΟΝ
ΤΑΣ ΙΣ ΤΑ
ΒΟΛΙΑ
ΑΜΗΝ.

Hæc verba ita sunt constituenda.

ὧδε παιζόντων εἰς τὰ βόλια Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, καὶ βοηθεῖ τοὺς γράψαντας αὐτὸν, καὶ παίζοντας εἰς τὰ βόλια· ἀμήν. Hoc est ad verbum.

(*b*) *Hic lusitantes ad Tesseras Jesus Christus vincit, & auxiliatur eis, qui ipsum scripserunt, & ludunt ad Tesseras. Amen.*

Hinc

(*a*) Hæc Tabula *Romæ in piscina publica prope* Armilustrium in vinea reperta fuit; lusoriæque veteris Tabulæ formam præseferebat, in medio autem habebat Crucem. *V. Salmasium in Vopiscum. n.*467.

(*b*) Ex quibus liquet, hanc Tabulam lusoriam Christiani hominis fuisse, cum Christi nomen in ea scribendum curaverit, sed parum pii: cum impiè adjutorem illum futurum dicit contra leges ludentibus aleam.

Hinc idem Salmaſius: *Ita pronunciabat, ſcribebatque illo tempore Græcorum vulgus*: ſic ἀφθέντης pro αὐθέντης *ſcribere amabant, & alia ſexcenta, de quibus alibi*. Hinc Clearchus apud Athenæum νευρομήτρας vocat, quod Suidas ſcripſit νεφρομήτρας. Caſaubonus quidem λαῦρα, & λαῦρα; Meurſius verò μάβρος, & μαῦρος, λαβράτον, & λαυράτον dici tradiderunt. In Nummis Severi reperies σέβηρος, & σεύηρος. In Canonibus Concilii Carthagine habiti anno 332. Novatus ναυάτος, & νοβάτος ſcribitur: & hoc ſane propter vicinitatem, quam habet illa diphthongus cum β. & φ.

Latini autem millies Y per V conſonam expreſſere. Nam ναυάρχος illis eſt navarchus, εὔιος Evius, εὐάνθης Evanthes, εὐάγριος Evagrius &c. Quin etiam in ſuis vocabulis ſæpius commutarunt V in F, ut in vetuſtis Romanorum Libris videre eſt: Sic *Vaſculum*, & *Faſculum*; *devigebat*, & *defigebat*; *olofera*, & *olovera* ſcripta reperiuntur.

Reſpondeo nunc ad rationem Mekerchii: Quod ſi Y eſt V Gallicum, ut fatetur ipſe Mekerchius, cur αυ ut Latinorum *aula*, vel *aurum* proferre jubemur, qui ſonus ad VV Germanorum non ad V Gallicum accedit, teſte doctiſſimo Gatakero?

At Beda in *Libro de Arte Metrica* c. 1. p. 35. nobis aperit qua ratione antiquitus *aurum* pronunciabatur: inquit enim: V *quoque nonnunquam ſibi ipſa præponitur, ut vultus: Sed & alterum conſonantis locum tenet, cum vel Latinè aurum, vel evangelium Græcè nominamus: Sicut ergò Evangelium, ita & aurum enunciarunt*.

Floruit Beda Sæculo VI., & ſeq.

Gre-

Græci itaque, concludo cum Scaligero, non distinguunt ſonum αυ ab αβ, ſive ab *af*, & ευ ab *ef* ſono medio inter b, & f; nec repugnat Manutius in Libello de poteſtate literarum.

De diphthongorum ει, οι, υι, *enunciatione*.

Ει, οι, υι inſtar ſimplicis ἰῶτα pronunciamus. Sed cum Neoteriſtę huic *pronunciationi* maximè repugnent; noſtra idcircò *pronunciatio* ratione firmanda eſt. Ac primò ratio illa ſuperius adducta, innixa diæreſi diphthongorum (quæ æquè militat pro omnibus diphthongis) recolenda eſt. Secundò, facile invenies in Libris, Nummis, Lapidibuſque antiquis ις pro εις, ut in ſupranotata Salmaſii Inſcriptione: Alibi οὐδὶς pro οὐδεὶς, δι pro δεῖ; & viceverſa νείκη pro νίκη, νείγρος pro νίγρος: Item ἄρτυ pro ἄρτοι, δίκτοια pro δίκτυα, λυπαὶ pro λοιπαὶ; & Salmaſius ait, Græcos promiſcuè ſcribere μυρῶ, & μοιρῶ, ῥοικὸς, & ῥυκὸς, ac ſimilia quamplurima. Præterea ſi οι ſonaret ut oi, quare Ariſtophanes in exprimenda nobiliſſima illa porcellorum vocem κοΐ, a Viris Doctis relata, utitur diæreſi?

Quoad diphthongum υι, breviter dico, eos qui proſâ ſcripſere oratione, plerumque per y, vel ι illam enunciaſſe. Hinc Beda κυνόμυιαν, *cynomiam* ſcripſit. Athenæus verò aſſerit, Veteres υι per υ ſolum ſcribere conſueviſſe. Ex quibus ſatis conſtat, illam diphthongum non ut *vi* ſonare.

CAPUT V.

De antiquitate & suavitate Græcæ nostræ pronunciationis.

SAtis hucusque ostensum est, quænam dicenda sit vera, & genuina Linguæ Græcæ *Pronunciatio*. Nihilo tamen minùs, ut de medio omne tollatur dubium, præjactas rationes ex duobus aliis capitibus corroborare aggrediar, ab antiquitate scilicet, & suavitate nostræ Linguæ, seu pronunciationis.

Ac primùm, ut verba ad rem conferamus, statim inquirimus, à quo Cadmo nova illa Doctorum Virorum pronunciatio ortum habuerit? Cl. Vossius *Aristarch. l.* 1. *c.* 18. ex relatione Henrici Coracopetræi rem totam his refert verbis: *Audivi M. Rutgerum Reschium Professorem Linguæ Græcæ in Collegio Buslidiano apud Lovanienses, meum piæ memoriæ Præceptorem, narrantem, se habitasse in Lilibensi Pædagogeo unà cùm Erasmo, eo superius, se inferius cubiculum obtinente: Henricum autem Glareanum Parisiis Lovaniam venisse, atque ab Erasmo in Collegium vocatum fuisse ad prandium: quò cùm venisset, quid novi adferret interrogatum, dixisse (quod in itinere commentus erat, quòd sciret Erasmum plus satis rerum novarum studiosum, ac mirè credulum) quosdam in Græcia natos Lutetiam venisse, viros ad miraculum doctos, qui longè aliam Græci sermonis* Pronunciationem *usurparent, quàm quæ vulgò in hisce partibus recepta esset: eos nempè sonare pro Vita* Beta, *pro Ita* Eta, *pro AI* aï, *pro OI* oï, *& sic de cæteris: Quo audito, Erasmum paulò post conscripsisse*

Quis fuerit auctor novæ pronunciationis.

ſiſſe Dialogum de recta Latini, Græcique ſermonis Pronunciatione, ut videretur hujus rei ipſe inventor; & obtuliſſe Petro Aloſtenſi Typographo imprimendum: Qui cùm fortè aliis occupatus renueret, aut certè ſe tam citò excudere, quàm volebat, non poſſe diceret; miſiſſe Libellum Baſileam ad Frobenium, à quo mox impreſſus in lucem prodiit: Verùm Eraſmum, cognita fraude, nunquam ea pronunciandi ratione poſteà uſum, nec Amicis, quibuſcum familiariter vivebat, ut eam obſervarent, præcepiſſe. In ejus rei fidem exhibuit Rutgerus ipſius Eraſmi manu ſcriptam in gratiam Damiani à Gæs Hiſpani Pronunciationis *formulam in nullo diverſam ab ea, qua paſſim Docti, & Indocti in hac Lingua utuntur.*

Itaque recens Linguæ Græcæ *Pronunciatio* duorum ſæculorum (uti vides) ætatem habet. Sortita eſt illa quidem magnum Parentem, Eraſmum dico, ſed hac in re egregiè deceptum. Non ita ſe res habet in noſtra pronunciatione; cujus ſi ætatem inquiras, remotiſſimam deprehendes; ſi ſtabilitatem, perpetuam; ſi propagationem, per totum ferè terrarum Orbem diffuſam illam, ſparſamque dignoſces. Ita teſtatur Jacobus Argyropolus Hieromonachus Cretenſis; ita Cruſius in Turcogræcia; ita Schvveigerus Legati Cæſarei in Aula Turcica Concionator; & Cl. Sponius Medicus Lugdunenſis, qui Græciam omnem, Achajam, Peloponneſum, Thraciam, Aſiam Minorem, & pleraſque Ægei maris Inſulas ſtudioſiſſimè perluſtravit, omniaque Græcorum monumenta acri animo perquiſivit; unde Librum edidit eruditum, quo harum rerum notitiam optantibus abunde ſatiſfecit.

fecit. Ita denique, ut alia mittamus, testatur constans usus hujusmodi *Pronunciationis* in hoc Græco Cryptoferratensi Monasterio, septem ab hinc sæculis erecto a sapientissimis Viris Nilo, & Bartholomæo, quibus etiam alii Nationis Græcæ Monachi adjunxere se, ii videlicet, qui Monasterium *S. Agathæ* ad radices antiqui Tusculi, ante ipsum Linguæ Græcæ lapsum, conditum incolebant. Nec credibile prorsus videtur, quibus *cor unum & mens una* erat, iis non unam eandemque fuisse *pronunciandi*, *loquendique* rationem.

Sed juvat præterea Salmasii sententiam proferre; qui cum Herodis Attici Inscriptionem a paucis antea intellectam ad examen revocasset, ac nonnullas ab orthographia discrepantes observasset scripturas; gravissimum hoc tulit judicium p. 16. (*Not. ad insc. Her. Attic.*) *Hæc scribendi consuetudo satis fidem facit, Veteres η, & ει diphthongum ut ἰῶτα pronunciasse, contra ac opinantur hodie quidam semidocti.*

Salmasio Aldum Manutium addo, qui in *Lib. de potestate liter.* observat, a sua ætate jam annos octingentos, & plus eo hanc nostram *Pronunciationem* usurpatam fuisse. Aldo Crusium subnecto, qui itidem in *Turcogr. p.* 44. duobus ferè ab hinc sæculis notabat, jam ante trecentos annos in usu fuisse *Pronunciationem* nostram hodiernam. Unde antiquitas, & veritas hujus pronunciationis facilè patescit.

Suavitas Linguæ Græcæ.

Nec porrò minùs commendat nostram *Pronunciationem* gratissima illa, qua pollet, suavitas: Siquidem.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo

Musa

Musa loqui . . . . . Hor. in Arte poet.

Hanc Valerius Maximus *lib*.8. *c*.10. laudat in Æschine; hanc Fabius in Græcis satis extollere non potuit. lib.12. cap.10. ubi hæc habet: *Latina mihi facundia ut inventione, dispositione, consilio, cæterisque hujus generis artibus Græcæ prorsus discipula esse videtur; ità circà rationem eloquendi vix habere imitationis locum; namque ipsi est statim sonus durior; quando & jucundissimas ex Græcis literas non habemus*. Idem Auctor: *Qui à Latinis exiget illam gratiam sermonis Attici, det mihi in loquendo eandem jucunditatem, & parem gratiam*.

Nil audis profectò, nisi suavitatem, & jucunditatem Græcæ loquelæ, cui Fabius duritiem Latini sermonis opponit. Jam verò si nova *Pronunciatio* antiqua illa, & germana foret, ubi gratia sermonis, ubi jucunditas, & dulcedo? Viden' ut ἡμέτεροι τῷ I, Δ εὐμάλα ἐχρῶντο? Neque enim insignia hæc antiquitatis argumenta nostram deficiunt *Pronunciationem*. Aspice quam distorto ore nostri Neoteristæ pronunciant voces illas ἅγιος, εὐαγγέλιον, & alias similes? Quid si ad Græcorum choros accederent, ibique concinerent? profectò præter asperitatem cantûs, nec concordarent, nec unà cum illis agerent pausas; exigente nova *Pronunciatione*, ut in multis vocabulis syllabæ fere multiplicentur. Græci autem rationem canendi a priscis Majoribus suis, non ab nupero Erasmo, acceptam cum nostra *Pronunciatione* semper servarunt. Quid plura? Erasmus ipse eandem ipsam servasse convincitur: In Colloquiis enim familiaribus, illo præsertim, quod *Echo* nomen præfert, vo-

ci *eruditionis* respondet Echo ὄνοις, *Episcopi* κόποι, *Ariolari* λάροι, *Astrologi* λόγοι, *famelici* λύκοι: Quæ omnia ad Græcam nostram *Pronunciationem* quàm maximè conveniunt, non item ad Erasmianam illam novam, ab suomet Auctore, si Vossio fides, statim abjectam atque eliminatam.

CAPUT VI.

Appendix de litteris ΤΓ.

ILlud nobis examinandum superest, an scilicet ΤΓ sint duo ττ, an τγ. Modus ille scribendi Veterum Græcorum nos in hac re hæsitantes reddit. Ipsi enim in vocabulis duplex ττ habentibus non semel scribunt θάλατγα pro θάλαττα, γλῶττα pro γλῶττα. In prisco Codice Cryptoferratensi l.A. n.30. signato ponitur πράτγουσι pro πράττουσι; Et in antiquo Epigrammate apud Bolzanium, quod Constantinopoli se vidisse testatur ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ in Basi Columnæ cujusdam Pyramidalis legitur (uti vides) ΚΡΕΙΤΓΟΝ pro κρεῖττον.

Edit. Venet. 1566. fol. 159. tergo.

ΤΟ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΩΝ ΘΑΥΜΑ ΤΩΝ ΜΕΤΑΡΣΙΩΝ
ΧΡΟΝΩι ΦΘΑΡΕΝ ΝΥΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ
ΟΥ ΡΩΜΑΝΟΣ ΠΑΙΣ ΔΟΞΑ ΤΗΣ ΣΚΗΠΤΟΥΧΙΑΣ
ΚΡΕΙΤΓΟΝ ΝΕΟΥΡΓΕΙ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ

Ο ΓΑΡ ΚΟΛΟΣΣΟΣ ΘΑΥΜΑ ΗΝ ΕΝ
ΤΗΙ ΡΟΔΩΙ
ΚΑΙ ΧΑΛΚΟΣ ΟΥΤΟΣ ΘΑΜΒΟΣ ΕΣ-
ΤΙΝ ΕΝΘΑΔΕ

Quæ verba sic constituuntur.

Τὸ τετράπλευρον θαῦμα τῶν μεταρσίων
χρόνῳ φθαρὲν νῦν κωνσταντῖνος δεσπότης,
οὗ ῥωμανὸς παῖς, δόξα τῆς σκηπτουχίας
κρεῖτγον νεουργεῖ τῆς πάλαι θεωρίας.
ὁ γὰρ κολοσσὸς θαῦμα ἦν ἐν τῇ ῥόδῳ,
καὶ χαλκὸς οὗτος θάμβος ἔστιν ἐνθάδε.

Hoc est.

Quadratum miraculum rerum sublimium
Tempore consumptum nunc (a) Constantinus Dominus,
Cujus Romanus (b) filius (est) gloria Imperii,
Meliùs renovat, quàm anteà spectabatur;
Colossus enim miraculum fuit Rhodi,
Et æs hoc stupor est hìc.

Sed ad rem veniamus. Theodorus Gaza in Græco, Latinoque sermone apprimè versatus, in tertio τῶν εἰς τέσσαρα (ubi de consonantium geminatione loquitur) existimare videtur, omninò diversa elementa esse, τ scilicet, & γ in supradictis vocabulis, & similibus. Alii autem id verum esse autumant tantùm in Verbis duplex ττ habentibus more Atticorum, ut πέτγω, φάτγω &c.

Verùm enim verò nemo inficias ibit, *Pronunciationem*

(a) Hæc Epigraphe posita est sæc. X. sub *Constantino*, ut puto, *VIII*. Adducit me in hanc opinionem versus subsequens: ibi enim

(b) *Romanus* est nomen proprium ejusdem Constantini Filii, qui anno 961. iniquo parricidio Regno potitus est.

tionem illam duriusculam esse, a qua Græci (ut alibi ostendimus) nimiùm abhorrent. Quare vero magis accedemus, si statuamus, modum illum scribendi, vitandæ confusionis gratia excogitatum esse. Etenim si apices utriusque TT pari figura protraherentur duæ in unam conglutinarentur litteram, eamque penitùs di versam, idest ΤΓ. Ut ergò ea perturbatio evitaretur, neve spatia magis dilatarentur inter ipsas figuras, secundum T altero cornu truncatum fuit ita Γ. Perperam igitur Scriptores aliqui hujusmodi figuram Γ pro γ acceperunt, & nonnisi per errorem figuram illam γ loco alterius Γ addiderunt ipsi T hoc modo τγ. Rectiùs a Recentioribus factum est, qui non τγ, sed τˀ coeperunt scribere secundo T priori supereminente (nam in minutioribus literis nulla evenit perturbatio) ideoque litteræ illi dextrum quoque cornu ita ˥ detractum est, ut eodem calami ductu perficeretur γράμμα. Idque non solùm hujuscemodi elemento evenisse intelligitur; sed & spiritibus, δασεία scilicet, & ψιλῆ: eorum namque notæ ex H in duas partes sic ⊢⊣ diviso factæ sunt, quas figuras ob faciliorem scribendi modum scriptores postea, abscissâ inferiori lineolâ, in istas ∟ ┘ immutârunt.

FINIS.

INDEX RERUM.

A

B

C, K, & X (Chi)

T *Cad-*

Δ, D

E, & H

O, & Ω

Π, Ρ, Φ, & Ψ

Q

Ρ (Rho) & R.

Z



ERRATA SIC CORRIGE.

*In Præfat.pag.xj. lin.*10. καπιςατου, *lege* κα(ι ε)πιςατον. *Pag.6. lin.*15. ξ, *corrige* ζ. P.8.l.14. μ, *cor.* μ: *atque ita etiam corrige pag.*19. l.23. & p.50. l.20. P. 10. l.28. ΛΛ, *cor.* VV. *Pag.*18. *lin.*14. *in margine* Vid. Præfat. *dele*. *Pag.*26. *lin.*27. Diecœsi, *cor.* Diœcesi. *Pag.*27. *lin.*13. μεγεθις, *cor.* μεγέθης. *Pag.*34. *lin.*27. Tusculo, *cor.* Tusculano, vulgò *Grottaferrata*. *Pag.*36. *in fin.* ponati *cor.* donati. *Pag.*38. *lin.*3. Ζ, *cor.* Σ. P. 47. l.3. K, *cor.* K. *Ibid. l.*4. ΘC, *cor.* ΘC. *Ita & in reliquis ibid.*; *quod etiam servandum est pag.*73. *l.*7. P. 48. l. 19. diximus, *cor.* dicimus, *vel* dicemus. *Ibid. l.* 23. καὶ, *cor.* κὴ. P. 56. l. 21. *post verb.* Γνώσονται, *adde* γὰρ. P. 59. l. 14. Arriani, *cor.* Ariani. P. 68. l. 5. *in fin.* τῦ, *cor.* τοῦ. P.80. l.17. *etiam*, cor. *enim*. P.94. l.16. ∽, *cor.* ◡ Ib. l.20. ◡, *cor.* ⁀. *Ibid.* l. 21. 6, *cor.* ∽. *Ibid.* l.22. ◠, *cor.* ◠. P. 104. l. 5. tertia a VII. Sæculo usurpata fuit; *dele*. *Ead. pag. in fin. cum seq. pro illis verbis*: cum primitùs per secundam &c. *usque ad* Antiochorum: *hæc sunt reponenda*: cum primitùs per secundam & tertiam, videlicet ΧΣ, exprimeretur: quarta in aliquot marmoribus apud Gruter. p. LXXI. & in vetustissimis Libris occurrit: quinta item in aliquot marmoribus: sexta &c. P. 111. l. 9. & 10. Abbatis &c. *lege* Illustrissimi olìm Abbatis, pluribus verò ab hinc annis Pontificii apud Aulam Cæsaream Nuntii meritissimi &c. P. 119. l. 13. Β, & Γ positæ, *cor.* posita. P. 128. l. 17. μεγαλοπρεπςρα, *cor.* μεγαλοπρεπεςέρα *&c.*